in duas ptes diuidit. scz in thelism a bulism. id ē voluntatez na
turalem et deliberatiuā. quaz pma scz voluntas naturalis dī
gitur per sinderism. scdō vero scz deliberativa per rōnē. Notan
dū q voluntas pprie et stricte rōnabiliū est tñmodo. sed large
ditū etiā esse a brutoz. In pprie vero et qsl methaphorice dī ē
etiam vegetabiliū. Vnde voluntas pmo mō sumpta scz put est
rōnabiliū pprie voluntas dīcāt. Scdō mō put voluntas brutoz
est vocat desideriū pprie. Tercio modo put voluntas ē vegeta
biliū vocat appetitus. Inter potentias nulla liberior est q voluntas.
qr nec obligatur organo. sicut ymaginatio et hñmōi. nec
cogit obiecto sicut intellectus cogit vero vires etiā affixe organis
immutant necessario immutato organo qbus oibus volun
tas caret. Vnde ait Aug⁹. Q nihil adeo in nrā p̄tate ē sicut vo
luntas. Si autē scire volueris quare voluntas non cogatur bono
sicut intellectus vero. hoc est rō qr circa p̄mū nihil ita bonū ē qd
non aliq imp̄fessionis habeat. sed aliqd ita verum est q nihil
falsitatis habet. vt patet in hac p̄positione. qdlibet totū mains
est sua parte. Vnde tali vero cogit intellectus assentire. sed volun
tas nulli bono creato cogitur adherere. Item voluntas videat co
gi inter dum per modum a ppetiū put voluntas qnq̄ tra
hit et alliat hoīem vt bonū spernat immutabile et rebus mu
tabilibus adhereat. sed in hñmōi coactione libertas etiā quedaz
est. Vnde Aug⁹. Unne peccatum adeo voluntariū est q si nō est
voluntariū non est peccatum.

De sinderisi Capi. li.

De nomen sinderisis vis est aie motiva que semp nata
est figi in supiceibus naturaliter mouens et stimulans
ad bonū ac abhorrens malū. Et in istis nunq̄ errat ne
q hm sinderism est peccare. Sciendū est q sinderisis non exting
uitur totaliter etiā in dyabolo et damnatis. Remanet enim in
illis aliq̄ actus eius. Sinderisis em qntū ad instindū bonī. et
qntū ad displicētiā mali culpe absolute considerate extinda ē in
dyabolo et damnatis. hm vero q culpa cōpatitur ad penam sic
non est in illis extinta sinderisis. et in hunc modū remanet eis
ad penam. Isa. Vermis eoꝝ non moriet. Dabent em disiplen
tiam mali in collatione ad penam.

Liber

De conscientia Capitulum lii

Hoc nomen conscientia compomitur ab hac prepositione cu et hoc nomine scientia. Unde conscientia dicit duo. scz scientiā et hūm hoc conscientia est habitus naturalis nō solum cognitiuus sed etiā motiuus. Inclinat em̄ aīam ad plectiōnē boni et fugam mali. Alio mō conscientia dicit acceptiōnē ex pte rōmis qd nota ī hac prepositiōne cu. Primo mō prout scz conscientia includit scientiā ī se habet se sicut supius et cōiungit sinderisi. et semper est recta. Secūdo mō cōiungit magis rationi. et sic habet se sicut inferi⁹. hoc mō recipit terrae et con turbaōnē. In conscientia em̄ ex pte inferiori bene p̄t accidere error. Nam rō cui conscientia ex pte inferiori iungit habet versari scz iurea p̄ticularia. ī quibus sepe cōtingit errare. sicut patz ī silogismo cōscientie ī quo sinderisis p̄ponit maiorez sic. Nul lum malū ē faciendū. Ratio assumit minore. scz hoc malū. Cōscientia cōcludit. ergo nō est faciendū. Circa p̄ma ē error. circa secūda qñq̄ est error ex hoc ē falsitas ī cōclusionē. Cauēda ē conscientia nimis larga et etiā nimis strīcta. Nam p̄ma generat p̄lumpcōnem. scz desperationem. Item p̄ma dicit sepe malū bonū. secūda ecōuerso bonū malū. Item p̄ma sepe saluat dānandum. secūda ecōuerso damnat saluandū. Nota aliud ē cōscientia aliud timor cōscientie. Tūc em̄ ē cōscientia qñ sentētia liter q̄s iudicat aliqd esse faciendū vel vitandū. Contra talem cōscientiā facere etiā si sit erronea peccatū est. sed contra timorē cōscientie facere nō semp peccatū ē. q̄a talis timor nō semp ex diffinitiua sua rōmis. per quā iudicet se teneri ad aliqd. Sed ex eo q̄ facillat īter dubia nesciens qd sit melius vel ad qd teneatur. Pocius cu tñ nō omittaret quicqd saret esse placitum dñi ne voluntati. De conscientia quoq̄ sciendū q̄ qñq̄ respicit p̄teritū qñq̄ pñs. qñq̄ futurū. Nam cōscientia accusat de p̄terito remurmurat de pñti. p̄cauet de futuro. Preterea nanc̄ respicit vt qñ cōscientia mentē de hoc qd sibi sc̄ia reprehendit sicut ē de malo cōmissō et bono omisso. Presentia etiā respicit contradicē do eis cui⁹ p̄ scientiā habuimus oppositū. futura respicit vt qñ instruit et stimulat mentē ad ea facienda vel vitanda ad que ipsa conscientia iudicat nos teneri. Q̄ aut̄ sc̄ia se extendat vt dictuz est tam ad facta qm ad facienda potest colligi ex diffinīcōibus conscientie que tales sunt. Dicit Iohes dāmascen⁹. Consciētia est lex intellectus nři. Basilius dicit eam esse rōnale iudicatōrū. Diffinīcōnes naturales et magistralēs sunt iste. Cōscia ē

Secundus

cognitio sui ipsius. Item conscientia est habitus animi agendorum et non agendoꝝ. Item conscientia est habitus mentis boni et boni discreti. Item conscientia est credulitas ad aliquid faciendum vel non faciendum animi deliberatione firmata. Error conscientie octo modis causat. Primo ex ignorantia quoniam sc̄z nescit quod ad eligendum vel declinandum sit. De tali errore Paralip. Cum ignoremus quod agere debeamus hoc solū habemus reliqui. ut oculos nūros dirigamus ad te. Secundo ex negligentia. ut cū quis negligit conscientiam discutere. vel si nescit se expedire negligit tunc ab aliis querere. Tercio ex superbia ut quoniam quis non humiliat intellectum suū ut sc̄z melioribus et sapientiorib⁹ se vult credere. Cōtra quod apostolus. Captiuantes omnē intellectū in obsequium Christi. Hoc est dicere quod quilibet in credendis plus debet consentire fidei pro sibi. et in agendis plus debet credere aliis pro sibi. Quarto ex singularitate qua homo sequens sensum propriū non consentiat. se aliis. nec sequitur vias omnes. De his Numeri. Extrema castroꝝ consumit ignis. Quinto ex affectu mordimato. qui semper inclinat conscientiam ad id quod homo tunc appetit et sic facit eam a sua reditudine deuiriare. Seneca. Perit omne iudicium cum res transit in effectū. Sexto ex pusillanimitate qua quod timet non timenda sum rectū iudicium rōmis Ilaie. Dicite pusillanimis confortamini et nolite timere. Septimo ex perplexibilitate qua homo credit inter duo peccata positū esse quoꝝ alterꝝ sit impossibile declinare. Sed sciendū quod perplexitas nihil est simpliciter. potest tamen aliquis esse perplexus sum quod. id est sum erroneous conscientiam qua deposita erit liberatus. Octavo ex humilitate et cordis puritate Gregorius. Bonorum mentium est ibi culpas agnoscere ubi culpa non est. Error primus septem modis acceptus reprehensibilis est. Octavo vero laudabilis est ymo nec error debet dici. sed humiliis suorum defectuum recognitio dum non sit nimia.

De operationibus anime Capi. lvi

Anima sum diversas potentias multas et diversas habet operationes. Ipsa enim cognoscit verum per intellectum speculatiuum. Affectat bonum per intellectum practicum. Discernit conferendo inter bonum et malum. verum et falsum per rationem. Discernit simul et elegit per liberum arbitrium. Consensit per voluntatem. Inuenit medium per ingenium. Stimulat ad bonum per sinderisim. Anima etiam in actibus suis modum habet et ordinem. Nam quod sensus pupit ymaginatio representat.

Liber

cogitatio format ingeniū inuestigat. ratio iudicat memoria seruat intelligentia comprehendit et ad contemplationem adducit. Anima preterea cognoscit res p̄sentes per sensum. absentes vero per ymaginacionem. Res autē immateriales per sui presentiam in semetipsa. ac se ipsam per reflexionē sui supra se. Haberet et alios actus anima p̄tinentes ad corpus. sicut et vegetare per virtutem naturalem. sentire per virtutem animalem. et vivificare per virtutem vitalem de quibus omnibus dictum est supra.

De quantitate anime Capitulum. liii.

Anima cum sit simplex non habet quantitatem dimensionem sed virtualem. Vnde patet q̄ anima h̄m essentiaz non est in toto corpore. sed in pte corporis determinata et inde virtutem influit toti corpori. Et ad hoc calcidius ponit exemplum in aranea que in medio tele sue residens sentit q̄mlibet motum siue interiorius siue exterius in tela factum. Eodem modo anima in centro cordis existens sine sua distensione totū corporis sibi vniuersum se iuificat. viuificat et mouet. Nec contra simplicitatem anime est q̄ dicunt esse tres aie scz vegetabilis. sensitibilis. rationalis. cuius intelligentia supius est expressa. Anima quoq̄ licet sit simplex. tamen h̄m Boecium differt in eo q̄ est. et quo est sicut et angelus et omne quod creatum est. que oīa differunt h̄m rōnez vniuersalem et particularem.

De morte anime Capitulum. iv.

Aniam esse immortalem auctoritate ostendit et ratione. Dicitur in libro sapientie. Justorū anime in manu dei sunt. et non tanget illos tormentum malicie. Idē spes illorum immortalitate plena est. Item in euangelio. Questionant homines mortem et non inuenient. Item Gregorius. loquitur de malis inferni ibi. Mors semper vivit. finis semper incipit. et defectus deficere nescit. Item Ioh. Qui manducat carnem meam et bibit sanguinem meum habet vitam eternam. Ostenditur etiam anime immortalitas per rationes. Omnis nanc corruptio causatur ex contrarietate. nihil autē est qd anime substantie contrarietur p̄terea anima capax est beatitudinis. Deo autē vt ait Aug⁹ Ingenti libertate replet omnes creaturas pro captu eazz. ergo confert anime beatitudinem ad beatitudinem autem spectat vita eterna. Preterea si anima moreretur cum corpore homo non timeretur mortuus. sicut nec lupus nec canis

TSecundus

mortius. Ergo relinquetur aliqd viuens post mortem homis qd timetur. Preterea cum deus uideret iustus sit. ex iusticia dei habebunt boni premium malii penam. Sed hoc non sit in hoc modo cum malii videant florere. Dicunt enim in bonis dies suos. boni vero tribulari. ergo fiet alibi. Hoc ergo non potest esse nisi anima sit immortalis. Preterea deus fecit animam ad ymaginem et similitudinem suam. Sed deus immortalis est ergo et anima.

De libero arbitrio Capitulum lvi.

Liberum arbitrium ut dicit Aug⁹. est facultas romis et voluntatis qua eligit bonum gratia assistente. malum vero gratia desistente. In hac definitione ponit ratio et voluntas. Ratio quidam ut consiliarius. voluntas autem ut impator. Nam ratio dicit illud esse bonum vel malum. voluntas autem dicit fiat fiat. Nota quod libertas liberi arbitrii est libera a coactione sufficienti sed non libera a coactione efficienti. Nulla enim coactio exterior sufficiens est causa ut aliqd fiat. licet quoniam sit efficiens. ut patet in multis qui coacti sunt negare christum per tormenta. quoniam in hominibus coacta voluntas est. ut ait Aug⁹ quoniam vero peccator trahitur a gratia tunc non destruit libertas arbitrii. quia castus vel fessus vel claudus in foueam cadens quoniam extrahitur non sit hoc illo modo. Libertas arbitrii triplex est. scilicet a necessitate a peccato et a miseria. Prima libertas est nature. secunda gratiae. tercia glorie. In prima est malorum et bonorum. secunda tamen honorum est. terciam est in celo regnantium. Ex his patet quod libertas viatorum est nolle vel velle peccare. et etiam posse peccare. Sed libertas in paradiso fuit posse non peccare et etiam posse non turbari. Libertas vero patrie est nolle et non posse peccare nec posse turbari. Patet igitur quod liberum arbitrium liberius est in bonis quam in malis. quia in bonis est tantummodo servitus miserie. in malis autem servitus miserie et peccati. sed in patria erit liberum. quando omnis talis servitus destrueretur. Nota quod licet deus non potest malefacere. et similiter angelus et beatus. Tamen tamen est in eis liberum arbitrium quia bonum eligunt et malum declinant. non ex infirma necessitate sed libera voluntate. Eodem modo dicendum est de dyabolo quod habet liberum arbitrium. Bonum tamen semper respuit. et malum eligit. sed hoc non facit in eo violenta coactio sed voluntaria obstinatio. Liberum arbitrium habet se in quibusdam indifferenter ad bonum et

Liber

ad malum ut in primis parentibus ante lapsum. In quibusdam plus se habet ad malū q̄ ad bonū ut in regeneratis per baptis- mū. In quibusdam se habet plus ad bonū q̄ ad malū ut in san- dicitatis in utero. In quibusdam necessario se habet ad malum ut in fidelibus non regeneratis. In quibusdam necessario se ha- bet ad bonū ut in confirmatis sicut fuit beata virgo post concep- tionem filii.

De natura corporis humani Capi. lvii.

Homo grecē antropos dicit̄ quasi arbor puerla. Habet ēm̄ in se caput cū capillis ad modū radicis. brachia ve- ro cū crurib⁹ sunt quasi rami. Solus etiam homo ē lon- gi et lati corporis. Solus quoq; homo est eredit̄ corporis. et hui⁹ ra- tio duplex est. scz naturalis et moralis. Naturalis quidā ratio. est quia in aliis animalibus abundat in capite materia terrea depri- mens et deficit calor erigens q̄ non est in homine. Est et rō mo- ralis. ut scz redditudo stature corporalis attestet̄ redditudinem men- ti sursum ad celestia tendentis. accidentia ēm̄ anime transmu- tant corpus. quia forma delectabilis ymaginativa mouet cor- pus. et sic a tristabib⁹. Et ideo dicit Aquincena. q̄ multuz tristis ac leprā timens erit quandoq; leprosus. Sic etiaz econuerso q̄ corporis passiones redundant in homine cōturbacionē sicut ptz in somno. Item ptis corporis humani hñt similitudinē totius mu- di. q: tanta est distantia inter extremitates duoz longoz digi- toz vtriusq; manus q̄nta est a uertice capitis usq; ad plantam pedis sicut est tanta distantia a centro capitinis ad oppositum tro- pum in celo quanta est ab oriente in occidentem. Corpus huma- num ex quatuor cōpositum est elementis. Sed apparet terra in- osibus et carne. Aqua in humoribus scz sanguine fleemate co- lera melancholya. Item aer cōtinet in pulmone et hoc patet ex eo qz semper ē in motu. Nā pulmo ventilabru cordis ē ne nimio calore dissoluat̄. Item ignis cōtinet in coede et ideo inferi⁹ latū est et supri⁹ aculū. quā formā ignis retinet. Membra corporis tri- plicia sunt. Sunt em̄ quedā radicalia. ut epar cor cerebrum geni- talia. Inter q̄ prima tria sūt deesse in diuidui. In cūib⁹ ut supra dictū est sedem habet spūs naturalis. vitalis. et aialis. Sz mem- bra genitalia sūt ad cōuersacōem speciei. Alia sūt membra deser- uientia ut rene arterie et nerui per que rehitur ille triplex spi- ritus ut habetur supra. Tercio modo dicunt̄ membra officia- lia sicut manus pedes et hmoi. Sunt etiā membra tam artificaliter

Secundus

ordinata. ut mutuo sibi deseruant. Nam superiora inferioribus administrant gubernationem. ut patet in oculis. Item inferiora prebent superioribus suportationem. ut patet in pedibus et cruribus que totū pondus alioꝝ membroꝝ sustinent. Item media imperiunt utrisqꝫ defensionē et necessariorū cōquisicōnem ut patet in manibus & brachiis. Item sic sunt ordinata ut mutuo sibi condoleant omnia membra. Si enī vñū dolet membrū condolent oia membra. et hoc est ppter cōexionem et colligationem. Item sic ordinata sunt ut vñū membrū in periculis p alio se exponat. ut patet in capite p cuiꝫ defensione alia mēbra periculis se exponūt. Item qñ vñū membrū deficit alia defectuꝫ eius supplent. Vnde videmus aliquos carentes manibus cū pedibus manducare et alios carentes pedibus manibus ambulare. Item magn⁹ dolor in uno membro facit mōrem in alio nō sentire. Item membra quoꝫ motus subest libero arbitrio tam p̄mptam seruant obedientiā ut inter imperiū voluntatis et executionem operis quasi nulla hora videat. Et hanc obedientiā videmus seruare. oculum in videndo. et linguam in loquendo os in comedendo manus in operando et h̄mōi.

De phisonomia Capitulum.lviii.

Ouerse membroꝫ dispositōnes bñ artē phisonomie diversos affectus ac mores indicant in homīe. non q̄ ista signa necessitatē imponant moribus homī. sed ostendunt inclinationem nature. que tamen retinere potest freno rationis. Sequamur igitur in hac arte magnos huius artis autores. scz aristotile. auicenam. constantinū. philomenem. lorū et pallemonem incipientes a cōplexiōibus. Igit̄ melancolicos tristes et graues dicimus. Sanguineos aut̄ o pposita horꝫ vides mus habere. Item colerici faciles sunt ad iras. Et flegmatici sūt pigrī et somnolenti. Phisonomie sexus est q̄ masculin⁹ anim⁹ vehemens est ad impetus studiosus et aiosus. Femine aut̄ misericordes sunt et timide. Capilli etiā molles et rare ebes īgemū prelocutur. Item capilli crīspi p̄nunciant tumidū et lucri cupidum. Item capilli depresso mmiū. et fronti immentes ferū declarant aim. Et his concordat capit̄ uslī capillatura. Item capilli flavi et crassi et albi iudicant īdociles. Capilli vō sub m̄gri si sint moderate tenues mores inducāt bonos et bonaz homīs

Liber

complexionem vel cōpositionem. Caput nimis magnū stolidū iudicat. Caput autē globosum breue est sine sapientia et memoria. Item caput humile superius et quasi planū in solentie et dissolutionis dat iudicium. Item caput oblongum aliquātūlum et malleo simile hoīem circūspetū iudicat ac puidū frons angusta mīmīū īdoleam et voracem declarat. Lata vero puitatem significat discretionis. Item rotunda designat iracundiam. Itē humiliis et dimissa significat verecundū et non adnittentē turpia. Item quadrata et moderate magnitudinis magne sapientie et magnanimitatis est iudicium. Supercilia artuaria usq; cōiugātur ad corū nasi signant subtilem et studiosum in oībus operi bus suis. Si autē ibidem coeunt tristem hoīem parum sapiente demonstrant. Si vero artuositas ad tympora et ad gypositatē genarū significat negligentem. Item supercilia si sint longiorū et multorum piloz̄ significant ferum et magna meditantem. Oculi qui tanquā guttule viroris nitide relucēt mores compōsitos iudicant. Qñ vero varie mouent. Oculi ubi modo currunt. modo quiescant. significant mala resoluī iam in animo. sed non dum esse perpetrata. Oculi glaci splendore tñ micante significat audace et perwigilem ad maliciā. Oculi magni trementes et obscuri designant vim potatorēm et in tempantiā veneris. Oculi puri nigri significat imbecillum et sine virtute aī et lucri cupidum. Qñ autē guttule rubentes aliquātū ibi sūt. et tñ nigri apparent. significant aīm iustum pbūm et ingemisum. Obi autē in migris oculis guttule vehementer rubent et aliquātū tendant ad quadraturam. quadā sint palide. quedā glauce et circuli qui forinsecus ambiunt pupillas sint sanguimolenti et sint magni oculi. et nitor pupilli moueat palpebra tales in quā oculi significant aīm qui omnē exēdat moē ferazz. Quicq; dēm infandorū cogitationem cogitari potest talibus oculis perpetrabile est nec etiam a domēstico cessabūt sanguine. Oculi mīmīū p̄mientes rubicundi et parui liguam declarant affrenatam et corpus instabile. Oculi acriter intuentes si sint humidū iudicant homiem verecundū et veridicū ac in agendis velocem et puidū. Oculi qui frequenter clauduntur atq; reserantur timidū atq; imbecille declarant. Oculi multe aperitionis significant stulticiā et inuertendiam. Si autē multe clausure fuerint significant mollem et inconstantem in oībus fātis suis. Mures p̄mientes et valde magna significant stoliditatem et garrulitatem et imprudentiam.

Secundus

Sed valde parue malignitatis sunt indicia. Nares rotunde mi-
niū indociles significant. Nares oblonge et anguste inuidie si-
gna sunt. Nares iacentes et supra caput applicate pigriciam
designant. Gene crasse designant ignauiam & violentiam, mi-
niū autē tenues malignitatem. Gene rotunde inuidie arguunt
Nares patule a lacritatis et fortitudinis dant indicium. Longe
vero tenues mobilitatis et levitatis signum habent. Narium
autē pars que iuxta frontem est. Si nec alta nec humili sed eqli
linea descendat virile signum est et constantiam demonstrat ac
prudentiam. Nares minores debite furibus assignantur. Omnis
vultus cum plenus est et crassus ignauū & voluptatibus dedi-
tū signat. vultus dependens cogitatorem et subdolū indicat. La-
bia tenua in ore maiori si superius labiū aliquā tulū exupet super inse-
rius magnanimū indicat & forte. Tenua vero labia parvi oris
imbecillem anim et verluti signant. labia cū soluta ab ore aliquā
tulū dependent merte demrānt. Nam in azimis & equis antiquis
hoc signū inueniēt. Os paruum conuenit tam vultibus muheribus
& animis effeminitis. Os quod ultra modū pertinet seu dilataē
voracem indicat et immitem & impium. Talis enim oris rictus ma-
rinis bestiis et monstris conuenit. Gentium plixū aliquā tulū de-
monstrat minus iracundū et minus perturbatum. Qui paruum et bre-
uementū habent imites sunt et inuidi. Nos enim plato ad serpē-
tes referebat. Otilius metum est hūm aliud cōmensuratū ad qua-
draturā accedens. Gentium si longe improlixum distentat do-
lorem assuetum ostendit. Vox existens similis vocis omniū aut ca-
prarū stulticie habet indicium. Qui autē in modum animalium vocē in-
tendunt defacili leues. Vox tenuis ex quasi lugubris tristem in-
dicat et suspiciosum. Quoz vox incurrit in nares ita ut nares co-
sonent mendaces sunt et maliuoli & malis alienis gaudentes.
Ceruix longa & tenuis significat eum qui maligna meditatur.
Ceruix rotunda probat virtutē animi et corporis humilitatē. Cer-
uix brevis indicium est eius qui cū tenacitate audax est. Ceruix mi-
nis erecta insolente et contumacem ostendit. Pectus quod multis
carnibus cōtextum est indociles indicat et ingratos. Pectus quod
longius est & venter prudentem indicat. Pectus si cū ventre mi-
nietate pilorum tegatur significat hominem instabilem et animos
sine religione ac pietate Cum autē solum pectus capillos preferat
animosum designat humeri tenues et qui in acumen erēti sunt
insidiosum indicat hominem. Brachia quādo in tanta plixitate

Liber

extensisuntur ut recto corpore extremitates medii dīgitī appim-
quant ad genu licet forte mēsura quatuor dīgitōꝝ deficiat abi-
les ostendit hoīes et fortēs. Cum autē plixitas hec ad femur de-
scendit vel parum vltra declarat hoīes maliolos a malis alie-
nis gaudentes. Manus nīmī breues a exigue fortēs demon-
strant a sagaces. Crasse manus si dīgitos breues vltra modum
habeant declarant tergiuersorem insidiosum et furem. Manus
in tō:te et tenues loquacem significant et foracem. Ongues al-
bi et plani a molles ac tenues a obrubentes et bene per lucidi
optīmū īgemī indicant et rapaces. Ongues īflexi a curvī īm-
prudentes designant et rapaces. Ongues breues nīmī decla-
rant malignū. Dīgitī collecti et globati auarī dicunt et malig-
nū. Dīgitī parui et tenues stultū demonstrant Dīgitī vero par-
ui et crassi inuidū indicant a audaceꝝ. Latera tenua et angusta
et deppressa timiditatē indicant. Latera referta carnibus et du-
ra oīdunt hoīem īdōalem. Nec em̄ ad ranas bīm̄ Platōnē refe-
runt. Pars cruris que sub genu est. et vocat sura qñ plena ē et
quasi grauīda intrepitū hoīem significat a imprudentē. Mol-
les sura effemmatī assignāt. Pedes crassi et breues valde infir-
mū significat. hoīez Pedes nīmī plixi ad hoīez dolosū referunt
Pedes pte:ues et breues pducunt hoīem malignū. Qui longis
passibus īcedunt magnamī ēsse solent et efficaces. Qui celerī
ter īcēndendo se cōprimit et vultū deducit atq; totū corpus cō-
plicat signat inuidū et parcū et versutum. Qui breues passus
habet eis dem̄ accelerat malignū ēsse dīcat a imbeallis Colōe cu-
tis niger versutum indicat. Colōe albus rubens fortēs a animo
los oīdit. Colōe albus vehementer cū pallore defectum virtutē
significat ex nimia victoria flectimatis. Colōe ignitus lucentibꝝ
oculis ad īsamiam vergit. Colōe mediū īter album et nigrū
qui declinat in brunū si clarus est ostendit virum īgemī bonī
et bonorum morum.

Regule generales phizonomie Capi: līx.

Generaliter igit̄ tēnēdū est q; membra que ī pportione
sunt naturali quo ad figurā colorem quātitatē situm
motum īdicant bonam mentis habitudinem natura-
lēm. Membra vero que peruersa sūt figura quantitate situ mo-
tu qualitate peruersam mentem īdicant. Preterea plato dīcit.
q; quæcunq; similitudo animaliū aliquoꝝ ī hominibꝝ ē tales
hoīes etiā talū īmitantur mores. Notandū īslip q; licet per

Secundus

Signa membrorum naturalium mores hominum cognoscantur. Non tamem imponunt necessitatē sed ostendunt inclinationes nature nec semper de iungant affectus hominum sed frequenter et probabiliter. Itē ppter signa exteriora de quibus dictū est non statim pferendum est iudicium. quia forte signum est per accidens et non per naturam et forte vitium est per contrariā consuetudinem vel freno remans tenetur. Vnde narrat Aristotiles exemplū qd discipuli hypocritas portabant figuram hypocritas pictam philemoni excellenti phizonomis qui pronunciavit de ipso qd esset vir luxuriosus illis aut indignantibus et culpantibus philemonē qd de optimo viro sc̄z hypocrite taliter iudicasset. Retulerunt hypocriti qui confessus est philemonem verum iudicasse. Sed ex amore phie et honestatis dixit se concupiscentias cordis sui vitasse et accepisse per studium qd nature fuerat denegatum. Deniqz sciendum qd signa exteriora non referunt nisi ad eas passiones que natura liter insunt homini. sicut estira concupiscentia et hmodi. non autem ad eas que sunt aīe solius sic est musica et geometria et similia. Sciendum quoqz qd in oculis principaliter consistit omnis perfeccio phizonomie. et si oculorum indicum confirmat ceterorum membrorum indicium tunc rata esse dixit luxus. Si autē contrariantur tunc prevalent iudicia oculorum. ppter qd omnes phizonomi affirmauerunt verum esse oculū cordis nuncium.

De toto hominis Capitulum. lx.

Dicitur expeditum est de homme ex parte mentis et ex parte corporis. Nunc dicendum ē de ipso putum est compositus ex utroqz Obi specialiter notandum ē dei potentia. quia naturaliter tam distantes coniunxit unā personā naturam videlicet corporeā et incorporeā que maxime distant in p̄dicamento substantie. Preterea cū esset creatura una que habebat cognitionem intus p̄ intellectū ut angelus. alia que habebat cognitionem foris p̄ sensu ut qdlibet animal brutū fieri debuit creatura ppter p̄fectionē universitatis que hac cognitioni duplici esset p̄dita ut legere posset in libro scripto intus foris hoc ē in creatore et suo opere. Unita ē aīa corpori multiplici ratione licet separata dignior videatur. Prīa rō ē ut p̄ coniunctionē tā dispiū naturarum erigeret mēs ad sperandū unionē que erit inter animā et spiritū in creatum. Alia rō est ut anima seruiendo deo in corpore maius meritum habeat qz obi maior pugna ibi maior victoria. & p̄ dñs maior corona. Difficultas em̄ opis mltū valet ad efficaciam merendi. Tertia ratio est ppter complementum universi. Cum em̄ sicut

Liber

dicitum est quedā esset creatura pure spūalis quedā pure corporis tōuemens fuit fieri creaturā mixtam partim sc̄z spūalem et parti corpalem. Quarta rō est quia sicut corpus viñū valz ad fructū plementie. sic corpus post mortem resūstitatū valebit ad consumatōnem stole duplicate. quia non solū aīa. sed etiā corp⁹ premiabitur dote sua. Quinta ratio est qz homo ex defedib⁹ corporis multā habet materiā humiliatōnis. Vñ dicit humiliatio tua in medio tui. Sicut autē anima ex coniunctione ad corpus plura bona conseqtur. sic & multa contrahit incommoda. Primo peccati originalis inquinatōnem Job. Quis potest facere mundū de imundo cōceptū semine. Secundo peccandi pmitatē Genesis. 8 Promi sūt sensus hois ad malū ab adolescentia sua. Tercio bñ operandi difficultatē Proverbiorū. 2. Per agrū pigri hois trāsiui. et ecce totū ē. Quarto intellectus ebitudinē Sapientie. 9. Corpus qd̄ corrumpt̄ ag grauat aīam. Quinto cōtinuam impugnationem ad Gal. 5. Caro cōcupiscit aduersus spiritum Sexto iuraz sollicitūmem Q̄ath. 1. Dico vobis ne solicieti sitis aīe vestre dīces. qd̄ manducabimus aut qd̄ bibemus. Septimo passionū multiplicatē Job. Homo natus de muliere bre. ē. Octauo glorie retardatōnem. Gloriam em̄ nō papiem⁹ qd̄ dñ in corpe detinemur. ppter h̄ apls cū piebat dissolui & cū xpo.

De proprietatibus hois Capitulum. lxi.

DProprietates hois sunt iste discernere inter honestum & turpe. Vñ et solius hois est honestū psequi. cū oīa bruta non nisi delectabilia & utilia psequātur passiones ordinatae sunt ad limitem rōmis supra mundū et intellectū eleuari. Et ideo si aliqui q̄s p adhesionē in terrenis se mūdo inferiorē fecerit iā q̄s honore hūamitatis exutus pprivatē accipit bestie vt dicat fieri p cōcupiscētiā porcus. p irā carnis. p rapinā leo. et sic de aliis q̄ plato vocauit sc̄dam aīaz incorpaciōnē. Amicīciā habere h̄m oīe gen⁹ amicīcie et in hoc differt h̄o a brutis que nō h̄nt amicīcie speciē. que ē dilectionis vel nūtritorū vel h̄mōi. In intellectualib⁹ theorematibus speculari et delectari talibus rectū dari i turpi perpetrato. ppter qd̄ inemendabiles dicunt̄ mūtere tundi qz in aliquo mutati sunt a rōmis honore pecoriñā naturaz assumentes. Perfecte esse cōingale animal eo q̄ legib⁹ orditas faciat honestas nuptias. Ciuite animal esse qz distribuōes et cohibicōes & federa & pugnas pfectas habet et utilitatibus ordinatas. Discipline esse perceptibile ppter rationis vslum. Esse

Secundus

aial mansuetū natura ppter cuiuslitarē esse animal r̄isibile. esse
aial gloriabile ppter pfectas gaudendi ratiōnes que soli cōtin-
gunt homī esse in crōosmū. id ē minorē mundū eo q̄ oīs crea-
ture aliquid habeat homo videbit̄ esse cū lapidibns. vegetare
cum arboribꝫ. sentire cū aialibus. intelligere cū angelis Ex dupli-
ci natura esse cōpositū sc̄z corpali et spirituali. Creaturæ cē di-
gnissima esse aial rōnale mortale. humana fragilitas in hoc con-
sistit q̄ in homie est assiduitas deficiendi. impossibilitas standi.
facilitas cadendi. difficultas resurgendi. vilitas nascendi. inter-
titudo moriendi. Defectus humanus est quāa quicqđ habemus
aliunde habemus & pfecte habemus et insup amittere possum⁹
In homie quoq̄ moriendi est necessitas et hoc est vel illata ne-
cessitas et hoc est sicut in adam. vel in nata sicut est in nobis. vel
assumpta sicut fuit in xp̄o.

De primis parentibus Capitulum lxii.

Prima bonitas volens dñmnicare suū bonū et aliis fecit
creaturā naturalem que summū bonū intelligeret. intel-
ligendo amaret amando possideret. possidendo beata es-
set. Fecit aut̄ deus prīmū hōiem formando cōpus eius per mi-
steriū angeloz de lymo terre in agro damasco et inspirauit
in faciem eius spiraculum vite. Hoc ē aīam creauit quā corpori
facto vniuit. Fectus aut̄ est homo ad ymaginem dei in natura
libus. et ad similitudinem in gratiūtis. Dicit̄ aut̄ homo factus
ad ymaginem dei potius q̄ angelus. quia cōuenientiam hōi cuī
deo habet intus et extra qđ non habet angelus. Intus enim ha-
bet cōuenientiā h̄m memoriā intelligentiā et voluntatem sic an-
gelus. Sed extra cōuenientiā habet quā non habet angelus.
Nā sic a patre fili⁹. sic ab hōie hō eiusdem nature. Prēterea sicut
deus platus est oīm in suo vniuerso. sic homo oīm in suo vni-
uerso. Item sicut deus ubiq̄ est. sic aīa ubiq̄ est sue habitabilis.
Ubiquis sue. id ē in corpe nō quidā p̄ essentiā sed per potentias.
Dignitas humana est in hoc q̄ deus fecit hōiem rōne sapiente
vita innoceē dominio potente. Prīmū notat̄ in hoc. quia fact⁹
est homo ad dei ymaginem. Secundum. quia ad similitudinez
Tertium quia prepositus est homo animantibus et aliis crea-
turis que omnia sibi seruunt. Ex hys notat̄ q̄ voluntati bo-
norū homīnum subditur non solum creatura. sed etiā ipse de⁹
Psalmista. Voluntatem timentiū se faciet. Itē angeli qui depu-
tant ad ei⁹ custodiā. Item demones qui dant ad exercitū

Liber

bonorum Item homines boni qui sunt socii tribulationum et erunt
socii consolationum. Item homines mali qui bonos magis promouent
persequendo quod possent facere seruiendo. Corpore tale dedit
deus primo homini quod aie esset subiectum. ut esset obtempans si
ne rebellione. esset etiam propagabile sine libidine. esset vegeta-
bile sine mortalitate. esset proportionabile quantum ad complexionem
equalem. esset quoque aie conforme ut sicut erat anima innocens. et
tamen poterat peccare. sic corpus esset impossibile ut tam pos-
set murrere mortalitatem. Et ideo poterat mori et non mori.
Poterat habere sufficientiam et indigentiam. poterat obtempe-
rare a rebellare. et hoc fuit ratione. nec defactus ex nihilo creare.
nec per gloriam confirmare. Fuit tamen corpus illud ita conditum
ut in eo nulla esset pugna rebellionis. nulla immunitio vigo-
ris. nulla corruptio mortis. nulla primitas libidinis. Nec aut im-
mortalitas corporis a principaliter fuit ab anima sicut ab efflu-
te. At corporis equale compositione sicut a disponente At ligno
aut vite sicut a vegetante. At regimine vero diuine prudentie si-
cuit ab interiori conseruante et exteriori protegente. Factus est ita
quod homo absque omni culpa et miseria. nec ad culpam habuit fo-
mitis instrumentum. Insuper datum est ei quadruplex adiuto-
rium. Unum est recte ad volendum quod est conscientia. Sed etiam
conscientia ad murmurandum contra malum et stimulandum ad
bonum quod est sinderisis. Tertium fuit scientia illuminata intelle-
ctum ad cognoscendum se ipsum. deum suum et mundum istum qui factus
fuit propter ipsum. Quartum fuit caritas accendens affectum ad diligen-
dum deum super omnia et proximum suum sicut seipsum. Prima duo perti-
nent ad perfectionem naturalium. alia duo ad perfectionem gratitudo-
tarum. quod unum fuit gratie gratis date scilicet scientia. reliquum gra-
tie gratum facientis scilicet caritas. Accepit homo triplicem oculum
scilicet carnis quo videt mundum. rationis quo videret animum. Con-
templationis quo videret deum. Et sic oculo carnis videt ho-
mo que extra se sunt. Oculo rationis que intra se sunt. Oculo con-
templationis que supra se sunt. Noticiam enim dei habuit cuius
presentiam quadam interiori aspiratione contemplabatur. Non
tamen ita excellenter ut in patria. Nec ita ut in emigrante ut modo
in via. Res etiam factas nouit. quod non oibus aliabus imposuit.
Noticiam quoque sui habuit quia qualis factus erat sciuit et quod
agere vel cauere deberet intellexit. Fuit quoque sine penalitatibus
quia non esuriuit nec sitiuit. Item frigus vel estus. labor vel

Secundus

infirmitas eum non leserit nec mortem expectauit. quia viues
erat ad gloriam transferendus. Vestibus non eguisset a nudis
verecundiam non sensisset. Natura i eo quo ad disformitatē mem-
broz non errasset. Cōceptus fuisset sine pudore. Et partus si-
ne dolore. Motus membrorū subiecti fuissent voluntati.

De preceptis sibi datis Capitulum lxiij.

Dicitum adam deus in paradisum transtulit et ibi decosta
dormientis euam pdurit sibi sociam fœmauit. Hac nō
fecit de capite ne viro dñaret nec de pede viri ne contē-
neretur sed de latere ut amoris vinculū pbaret. Duplex bonuz
illis deus ppauit. vnu tpale. et aliud eternum. Primū dedit. secū-
dum pmisit. Ideo duplex pœptū pmus homo habuit vnu na-
ture ad custodiendum bonū datum. Aliud discipline ad pme-
rendū bonū pmisum. Et hoc non poterat pmereri melius q̄ p
meram obedientiam que tunc mera est. qn pœptum ex se solo
obligat et non ex alia causa. Et tale pœptū dicatur discipline
quia per ipsum discitur quāta sit virtus obedientie. Vnde et p
œptum discipline dī quia vitare lignum scientie non suadebat
natura sed disciplina. Preceptū vero nature fuit duplex. vnum
de cōsumacione indiuidui ut ibi. De omni ligno paradiſi come-
de. Inter que ligna fuit in medio paradiſi specialiter nominatū
lignū vite sic dictū ab effectu. quia corpora pmoꝝ parentum de-
bebat cōtinue vegetare. Aliud pœptū fuit nature p cōseruacōe
speciei ut illud Genesis.1. Crescēt et multiplicamini. Circa p
œptū discipline nota q̄ aliquid phibet. quia malū. Exodi. 20
Non furtū facies. Aliud qz occasio mali Math. 5. Non irare
omnino. Sic platus multa phibere pōt. quia nō sūt expressa in
sua regula. Aliud ad pbaconem obedientie. et tale fuit pœptū
de ligno vetido.

De paradiſo Capitulum lxiii.

Homo pdic̄is fulcatus auxiliis accepit locū padisi terre-
stris in habitati onem tranquillam. Fuit aut̄ locus ille
ut ait Damascen⁹ exultacōis vniuersē pmptuariū qui
terre excelsior posit⁹ ē. et temptato ac purissimo aere refulget plā-
tis sp̄ flori dis comatus ē bono odore plen⁹. Nullūq̄ irrationa-
bilū inhabitat. Preterea habet ex Genesi. q̄ a dño padis⁹ plā-
tat fonte q̄ diuidit in q̄tuꝝ capita irrigat ligno vite ac scientie

Tiber

decoratur per cherubin et flammeū gladium custoditur. Notā dum insuper q̄ nulle sūt ibi tempestates. Due sunt quoq; h̄yemes. et due estates. et bis fructificant ibi arbores. Item in utroq; solsticio habet hyeme et in utroq; equinoccio estate. Huiusmodi aut̄ ratio est. quia paradisus sub circulo equinoctiali sit⁹ est. Item semp̄ habet equinodium.

De casu prīmi hominis **Ca.lxv.**

Inuidens ergo dyabolus felicitati hoīs in specie serpenti ipsam mulierem tanq; fragiliorem temptandū agreditur q̄ cum in responce dubitantez teneret fortius institit. Et sic vīcēns eam et virū illa mediante reiecit. Proces sit ergo sit. p̄mo querendo. Cur precepit vobis deus. Secundo asserendo. Nequaq; inqd moriemim. Terdo p̄mittendo. Eritis sicut dī scientes bonū et malum Processus iste fuit maxime veritate. quia p̄cessus expiendo impellendo et allictendo. Experiētiā emim accepit in interrogatōne. impulit in assertōne allexit in p̄missione. Allerit vero dyabolus mulierem per triplex appetibile. scz per scientiam que est acceptibilis rationali. per excellētiā ad modū dei que est appetibilis irascibili. per suauitatem ligni que est appetibilis cōcupiscibili. Igitur vir peccauit q̄ lignū vētidū gustauit vñ et penam accepit. vt in sudore vultus pāne suo vesteretur. Mūber aut̄ in duobus peccauit. Nam supbiuit et vētidū comedit vñ et duplīcē maledictionē habuit. scz sub virī potestate eris. et hoc ppter prīmū. Item i dolore paries. ppter secundū. Dyabolus vero in serpente inuidit. mentitus est decepit. Vnde ppter prīmū dīctū est ei. Super pēdus tuū gradieris. Propter hī dīct̄ ei. Terraz comedes. Propter terciū dīct̄ ei. Ipsa conteret caput tuum. Si scire volueris quis eoꝝ plus peccauerit scz vir vel mulier. Notandū q̄ q̄ntū ad aliqua mulier plus peccauit et q̄ntū ad aliqua ip̄e vir. Nā mulier peccauit plus quo ad peccatis finis intentionem Voluit enim fieri sicut deus. sed vir non intendebat cōtristare delicias suas. Item mulier peccauit in plures quia in deum. in se et in proximū. Item mulier peccauit damnosius. q̄a plures maledictiones recepit. Vir autem peccauit plus q̄ntum ad originem quia ex certa conscientia. Item vir peccauit maiori ingratitudine. Querunt quoq; multi cur deus hominem fecerit qui peccare posset. Sz ad hoc assignant plurime rōnes. Prima vt ostendatur

Secundus

dei potentia. qui solus muertibilis est. omnis autem creatura muertibilis. Secunda ratio est ut declararet dei sapientia qua ex malo scit elicere bonum quod non potuit fieri nisi deus creaturam fecisset veritabilem in malum. Tercia ut manifestaret dei clementia quod christus per mortem suam hominem perditum liberavit. Quarta ut ostendatur dei iustitia que non solum reddit bonis premia sed etiam malis supplicia. Quinta ut homo non sit peccoris condicōnis quam alie creaturae quas omnes deus sic amministrat ut eas agere per prius motibus sinat. Unde et hominem arbitrio proprio relinquere debuit. Sexta est laus humana. Laus est enim viri iusti quod potuit transgredi et non est transgressus. Septima est decor umuersi. quia opposita iuxta se posita magis eliciuntur. Ita mali bonos commendant ad inuidem compati. Octaua. quia boni excitantur et prebantur per malos. Adam et eua post peccatum de paradiso expulsi sunt sicut lucifer de celo. Et in hac valle miserie habitantes facti sunt mortales. Nam sicut in celo est non posse mori. et in paradyso mori non posse. Sic in terra non est posse non mori et in inferno semper mori. Ex his patet quod primus status hominis fuit innocentie. secundus gratiae. tertius culpe hominis. quartus penitentie. quintus glorie. Dum enim in ordinate erexit se supra se occidit miserabiliter. scilicet a statui innocentie et gratiae in statu culpe et miserie. Item quia factus est in obediens suo superiori. iusto dei iudicio factum ut sibi fieret in obediens suum inferius et maxime circa membra generativa virtutis deseruientia.

De ordine temptationis Ca.lxvi.

Quod temptationis qui fuit in primis parentibus. etiam in nobis completum. Nam sicut serpens suggestus. mulier delectata est. vir comedit. Sic in nobis hunc Gregorium dyabolus gerit in nobis serpentis officium. Sensualitas vero mulieris et ratio viri locum per consensum. Vel dicas hunc Augustinum. quod suggestio serpentis est primus motus ex somite. Coquatio vero mulieris est delectatio cogitationis per inferiorum partem rationis. Sed coquatio viri est. consensus superioris partis rationis. Per hec enim tria scilicet suggestionem. delectationem et consensum homo in temptatione duicit quod temptationem per suggestionem inchoat. per dilectionem pergit. per consensum autem consumitur

Liber

Sunt autem alia tria per que quis in temptationem detinetur scilicet opus prauorum consuetudo et desperatio Sciendum quod temptationis est triplex. Prima a dyabolo vel per modum suggestionis vel per modum afflictionis. Secunda est a mundo qui voluntate vel voluptate allicit. vel persecutione frangit. Tercia est carnis quod per sensualitatem ac somitem impellit ad peccatum. quibus etiam ratio consentiens peccatum perficit. Due temptationis species. Prima scilicet dyaboli et mundi sunt extra nos et non habent peccatum. Unde Augustinus. Temptatio cui non consentitur non est peccatum sed materia exercende virtutis. Secundus modus temptandi est intra nos et est peccatum veniale quoniam primus motus tantum est. sed mortale si consensus aduenerit. Contra predictas temptationes dedit nobis deus tria remedia. quia contra dyabolum habemus spiritus angelicos. qui ad bonum nos stimulant et contra insultus dyaboli nos defendunt. Item contra mundum habemus exempla sanctorum. quos non alliciebant mundi blandimenta. non terrebant supplicia. Item contra carnem habemus bona naturalia scilicet similitudinem et vim irascibilem. Habet etiam bona gratuita. scilicet caritatem. temperantiam et humilitatem quibus carnis vicia mortificamus. Est autem differentia temptationis que est a dyabolo et carne. Temptationes enim que a dyabolo sunt lepe continentur preter rationem ut nuper satiatus famen patiatur. et post longam dormitionem somno pregrauentur. Temptationes vero que sunt a carne frequenter surgunt propter necessitatem. sed excrescent interdum in superfluitatem ut sic cibus post ieiunium immoderate appetitur. vel in comedendo mensura et modus non tenetur. Temptatio multiplex est. Quedam probationis hec est a deo hinc quod dominus temptauit abraham. Quedam examinationis hec est ab hoie. Quedam precipitationis hec est a dyabolo qui temptauit proximos parentes. Quedam delectacionis hec est a carne. Quedam insensus hec est rosis. Temptacionis quatuor sunt species. prima est asperita hec fit de labore in consuetis in principio conuersacionis. Secunda est vana et oriens de prosperitatibus spiritualibus ut cum quod de virtutum successibus gloriatur. Tercia est dubia. ut quoniam quod ambigit quod certum de aliqua re tenere debet. Unde accidit quod segmentum quod ad bonum redditur quoniam id quod agit bonum esse dubitat. et promptio fit ad malum quoniam malum esse nescit. quarta est fraudulentia ut quoniam se dyabolus in angelum lucis transfiguratur sub specie scilicet virtutum induces viceum. hoc fit quoniam suadendo honestatem inducit superbiam.

TSecundus

suadendo discretū obsequiū inducit nimium carnis cōmodum:
 vel suadendo iustum iudicium inducit crudelitatem: vel suadendo
 misericordiam inducit remissionē & negligentiaz: vel suadendo
 largitatem inducit p̄digalitatem et sic de aliis. In talibus autē
 pericolosissimum periculum est non videre. Primum appellat Ps
 timorem nocturnum: per noctem enim aduersitas designatur
 Secundum appellat sagittam volantez in die quia per diem p
 speritas signatur. Tercium appellat negotium perambulans
 in te nebris et hoc ppter dubium perplexitatis. Quartum vocat
 demonū meridianū: unde dicit. Non timebis a timore nocturno
 a sagitta volante in die: a negotio pambulante in tenebris
 ab incursu et demonio meridiano. De his quatuor generibus
 temptationum idem ait. Super aspidem quo ad primum. & ba
 siliscum ambulabis quo ad secundū: & cōculcabis leonem quo
 ad tertium: & draconem quo ad quartum. Propter predictas
 deceptiones dyaboli non sunt etiā licita facienda & hoc in quicq
 uibus. Primus casus si dyabolus ipse suadet bonuz aliquod
 non est faciendum ne videamur consiliis suis consentire: unde
 xps ipso suadente noluit panē de lapidibus facere quod tamē
 opus bonū fuisset. Secundus si aliquod bonum pponitur contra
 legem dei non est faciendū: unde machabeī nolebāt comedere
 carnes quas tñ tempore necessitatis comedere licuisset. Terciū
 qñ bonū fit cum scandalo aliorum Corz. Peccantes in fratre &
 et loquitur de ydolatria. Quartus est quando bonum fit ppter
 ostentationem Job. Si osculatus fuerit manū meam. Quintus
 cum impedit obedientiam superiorēs: q̄ licet ppter mandatum
 prelati malum nunq̄ debeat fieri: potest tñ bonum aliquā ppter
 obedientiam intermiti. Remedia contra temptationes sunt:
 memoria dñice passionis: mortificatio carnis. utile exercitium
 declinatio occasionum: concilcatiō principiū temptationum &

TExpliāt liber secundus.

Incepit liber tertius de corruptela petri.

Incipliunt tituli capitulorum terciī libri.

Liber

De malo in genere
De peccati diffinitione
Quid sit peccatum sive rem
Quid sit peccatum sive nomen
De origine peccati
De divisione peccati
De effectu peccati
De peccato originali sive rem
De peccato originali sive nomen
De primis motibus
De morosa delectatione et consensu in peccatu
De peccato veniali
De effectu peccati venialis
De septem viciis capitalibus in genere
De superbia
De inuidia
De ira
De accidia
De auaricia
De gula
De luxuria
Quando septem vicia sint mortalia venalia
De peccato in spiritum sanctum
Enumeratio peccatorum

Capitulum.1.
Capitulum.2.
Capitulum.3.
Capitulum.4.
Capitulum.5.
Capitulum.6.
Capitulum.7.
Capitulum.8.
Capitulum.9.
Capitulum.10.
Capitulum.11.
Capitulum.12.
Capitulum.13.
Capitulum.14.
Capitulum.15.
Capitulum.16.
Capitulum.17.
Capitulum.18.
Capitulum.19.
Capitulum.20.
Capitulum.21.
Capitulum.22.
Capitulum.23.
Capitulum.24.

Explicitunt tituli capitulorum tercii libri.

De malo in genere. Capitulum primum.

Drum triplex est videlicet culpe pene et damni quod opponitur triplici bono scilicet honesto delectabili et utili. Nam culpe opponitur honestum. pene opponitur delectabile: damno opponitur utile. Malum pene est utile multis modis. Primo modo propter suam ordinationem quia propter vilificationem ponitur in loco inferiori in universitate rerum unde bonus ordinatur sicut et ordinatus ponitur dyabolus in inferno fur in patibulo. Secundo modo est utile propter suam coactionem Amaritudo enim conscientie cogit hominem recedere a peccato Ieremias. Arguet te malitia tua et auersio tua. Ibidem. Vide quod malum et amarum est dereliquisse te deum tuum. Tercio est utile per ipsius malum considerationem ex eo enim quod homo malum videt naturaliter perficit: quia sicut homo naturaliter bonum appetit ita naturaliter malum horret et fugit.

Tercius

De peccati diffinitione. Capitulum. ii.

Dicitur malum in genere sequitur de malo culpe in specie. Diffinitio autem peccati multis modis. Primo ab Aug^o. Peccatum est voluntas retinendi vel consequendi id quod iustitia vetat. Secundo sic ab Aug^o. Peccatum est dictum vel factum vel concupitum contra legem dei. Tertio sic ab Ambrosio. Peccatum est puericatio legis domine et celestium in obedientia preceptorum. Quartu sic ab Aug^o. Peccare est spreco immutabili bono rebus mutabilibus adherere. Diffinitio prima dat hanc causam efficientem secundum a hinc causam materialem; tercia hinc causam formalē. quarta hinc causam finalē. Juxta diffinitiones nota quod in peccato duo sunt scilicet auersio a creatore et conuersio ad creaturam: quorum primum est scilicet formalē: secundum quasi materiale. et in actione non est peccatum ratione conuersionis si non sit ista in creatura: sed ratione auersionis in qua est deformitas et contemptus. Quod autem ratione conuersionis non sit peccatum principaliter patet quia potest fieri venialiter quoniam ut quoniam quis delectatur in creatura delectatur plus debito sed tamen contra deum. Quoniam quis etiam potest delectari in creatura sine omnibus peccatis: ut cum delectatio naturalis est tamen hinc quod visus delectatur in viridi gustus in dulci et sic de aliis. Interdum etiam potest quod delectari in creatura meritorie quoniam scilicet ad deum referunt: unde propositum. Delectasti me domine in factura tua: sed tunc sumus delectatio pro operatione et non pro passione.

Quid sit peccatum secundum rem. Capitul. iii.

Denendum est de peccato quod non est res aliquod vel substantia sed defectus vel corruptela: et de peccato nihil propter tria. Primo propter defectum quia peccatum non est aliqua res naturalis sed corruptio boni. Secundo propter effectum quod peccatum amhilat hominem et deficere facit a verbo esse. Tertio propter despectum quia vilem facit hominem et indignum proximo. Circa predicta tamen sciendus quod aliud est peccati actus et aliud habitus et aliud est reatus peccati. Peccati actus aliquid est: sed quoniam non amplius fit desinit esse etiam sine gratia. Sed peccati habitus qui relinquit ex malis actibus etiam aliquid est et remanet. interdum etiam cessantibus actibus et post infusam gratiam ac peccati remissionem. Peccati vero reatus sive macula secundum nihil est et tamen deformat animam non per modum positionis sed priuationis. sicut truncatio membra deformat corpus et maculat: dicit etiam Augustinus. Quod sic abstinentia nulla substantia est et tamen ex ea corpus languet. ita

Liber

peccati non est aliqua substantia. eo tamen natura animo corrumptur. semper autem delet per gratiam. Notandum primo quod peccatum quod transit actu et remanet reatu sicut peccatum actuale. Quod enim ecclueso ut cum peccatum transit reatu et remanet actu sicut peccatum originale post baptismum. Quod transit actu simili reatu sicut peccatum actuale post priam perfectam. Quod remanet actu et reatu sicut peccatum originale ante baptismum.

Quid sit peccatum propter nomen. Capitulum. iii.

consequat. Nam quia iniuriam passus est. alteram quia prius
rogauit. Deus ponit tres gradū circa reatu ire cum dicit. Dis
qui irascitur fratri suo regū erit iudicio. Qui autem dixerit racha
reus erit concilio. Qui aut̄ dixerit fatue reus erit gehenne ignis
De his dicendū q̄ vbi crevit ḡdus culpe crevit a ordo sententie
Vnde recte ira sine voce iudicio: ira cum voce concilio. ira cum
sermone contumelie gehenne ignibus mancipat. hū Aug⁹. Est
enīm in prima ira tm̄: in secunda ira a vox. in tercia ira a vox a
certa expressio tristionis: dicit autem Greg⁹ q̄ iudicio est cause
discussioni cōcilium: sententie diffinitio. gehenne ignis sententie
executio. Notandum q̄ reddere malum p̄ malo est fragilitatis
sicut fecit Joab qui interfecit abner scz interfectorē fratris sui
azahel Sed reddere malum pro bono est perueritatis sicut fecit
iudas tradendo dñm. Reddere bonum pro malo perfectionis ē
sicut fecit stephanus quādo pro inimicis occavit. Reddere bonū
pro bono est equitatis sicut fecit assuerus quando mardochaeuz
honorauit. Filie ire hū Grego⁹ sunt sex. Prima est rixa hec est
audax voluntas vindicandi iniuriam factū precedens. Secunda
est timor mentis hec est voluntas vindicandi fugiens aduersitatē
pter estimatas inimicicias. Tercia est contumelia que est
voluntas se vindicans p̄ exprobationē malorum. Quarta clamor
que est voluntas se vindicans in exaltando vocē per vituperiū
ad aurem aliorū perueniens Quinta indignatio q̄ est voluntas

Tercius

se vindicans per signum molestie exterius declarati. Sexta blasphemia que est voluntas se vindicans per obprobrium deo vel sanctis illatū. Ex ira venit multa mala. Hospicium spūssandi turbat Greg⁹. Dum ira animum pulsat sancto spiritui hospiciū suū turbat. Nam sicut in pace factus est locus dei: sic in discordia locus dyaboli. Tales sunt etiam incendiarii domus dei ps. Incederunt igni sanctuarū tuū in terra. Unde isti sūt similes draconi qui emittit ex ore ignem Quod dei est sibi usurpat scz vindictam ps. Quidam vindictam & ego retribuā ē. Talis facit se iudicem & deum vult esse tortorez hūc dicit Aug⁹: dicit enim Ait malus in orationibus suis. Domine occide maliz inimici meum. Respondit dñs: quez vestrum. Ambo enim estis malímo talis vult esse actoz & iudex in eadem causa. Stultum se demonstrat quia per cor suum mittit gladium ut ledat tunicam inimici sui: imo si sapiēter ficeret prius se de seipso vindicare deberet iram scz per zelum aduersus iram suām per vicium assumento. Limam purgationis conuertit in rubiginem depravationis. Aduersitates enim que ipsum deberent a peccato mundare per impatientiam magis inquimant. et fornax mutat eis aurum in cuprum: & flagellum ex grano facit ibi paleaz. Durā sentenciam in iudicio expectabit. Cum enim dñs improperebit quibusdam. Nudus fuī et non cooperuistis me. Quid dicturus est istis qui non solū nudos non vestiunt sed & vestitos spoliāt Bellum mundi carnis & dyaboli atra se instaurat sed sapientes sedant minorē guerras ppter maiores qui imminent. Malaz faciunt cōmutationem: quia auferenti palium bone fame dant tunicā innocentie. Remedia ire sunt silentii obseruatio Pro⁹. Cum deficerint ligna extinguet ignis: pterea sicut ex collisione duoz corporum eliciatur ignis: sic ex amaris verbis aliquoz ira. Mollis excitat responsio Proverbioz. Responsio mollis frangit iram. Sermo durus excitat furorem Idem q̄si qui canē antibus ē. Dñice passionis consideratio Greg⁹. Si passio dñi ad memoriam reuocatur nihil adeo durum qđ non eq̄nimiriter tolleretur: hoc significatur Numeri ubi residentes serpentem eneum sanabant. Premij tolerantie a iaduersio: unde Greg⁹ Consideratio premij vim flagelli minuit.

De acciditia

Capitulum. xviii.

Liber

Accidia est de virtutu laudabili exercitio utriusque hominis languida deiecio. Ita alia diffimatio. Accidia est diffidentia de propria viriba et auxilio dei implenda ardua. Duo nota sunt huius vicez tristitia et accidia. Nomen autem nominum est hec ratio: quia in isto peccato est auersio a spirituali bono quod estimat graue sicut est ieunare et huiusmodi: et ratione huius dicitur tristitia. Est etiaz ibi conuersio ad creaturam vicez ad quietem que estimatur leuis: et ratione huius dicitur accidia. Patet ex his quod hoc vicez put vocatur tristitia opponit leticie spirituali que est in exercitio spirituali: sed prout vocatur accidia opponitur fortitudini que consistit in aggrediendis arduis et sustinendis aduersis. Accidia denominatur ab accedine vel ab accedio quia per eam habet anima tedium de omni spirituali difficulti. Accidia secundum Gregorium sex habet filias. Prima vocatur malitia que est secundum Augustinum voluntas machinandi malum alicui. Cum enim quis iniuriat alicui tunc irascitur et postea tristatur. Secunda desperatio quia diffidentia meritorum mater est diffidentie premiorum ex quo iterum occidetur tristitia. Tertia est pusillanimitas que nascitur ex diffidentia pueriente ex consideratione proprie infirmitatis vel operis arditatis. Quarta rancor qui est inueteratum odium. Sicut enim ex caritate sunt opera bona ex quibus est confirmatione caritatis: ita ex ira est accidia. ex accidia vero vetustas ire. Quinta torpor circa precepta et quedam insensibilitas propter quam homo non potest induci ad executionem mandatorum dei. Sexta euagationis circumstancia illicita: hec autem euagatione quoniam est particularis et certam habet materiam et sic conuenit omnibus viciis. Quoniam est generalis et incerta et hec est propria euagationis accidie. Qui enim absorptus est tristitia non habens in se ubi delectetur euagatur ad oiam querens delectationem. Ex accidia eueniunt multa mala Preceptum domini negligit Genes. 3. In sudore vultus tui: maledictionem incurrit. Exemplum de fici cui dominus maledixit quia folia tamen habuit. discrepat a ceteris creaturis. Exemplum est in corporibus maiatis sicut in sole et luna qui quotidie mane surgunt et perficiunt cursum suum. Idem patet in aiatibus corporibus sicut arbores et herbe que haec in hyeme nude sint. tamen virtute seruant et tempore suo rediunt ad consueta. Item ostendit in sensibiliibus Proverb. 6. Vade piger ad formicam tecum. preciosum tempus perdit quod eo preciosius est quia breui hora posset quis obtinere remiam; gratiam et gloriam: et tamen secundum Bernhardum nihil vilius tempore reputatur quia dicunt homines ociosi. Venite deducamus tempus tecum.

Tercius

Spirituale lucrum negligit quia qui non mercat in nundinis postea non habebit proverbioz. Propter frigus piger arare noluit. Incitamenta vicioem colligit proverbioem. Per agrum hominis pigni transiui et ecce totum repleuerant vertice cooperuerunt superficiem eius spine et. Nota qd aqua corrumpit quiete et ferre contrahit rubiginem et porcus mandandus permittit in quiete pinguestem. Locu dyabolo parat quia homo oculos est qsi pulumal dyaboli et ollaz tepidam libenter musee insident que feruentem fugiunt. Temptationibus patet. unde legit in collationibus patrum qd monachum operantem unus demon pulsat. oculorum vero innumeris. Est enim homo oculos qsi vrbis absq; murorum ambitu et quasi signum positum ad sagittam Morem peruertit quia vult metere et non seminare sicut cattus qui libenter pisces comedit sed eos non libenter capit Seneca Incertum est quo loco te mors expectet ideo tu illam in omnim loco expecta. Furem fodiente parietem non repellit quia mors fur est et quotidie tollit unum asserem. unum diem Mathew. Si sciret pfamilias qua hora fur veniret. Receptaculuz sordium se facit Bernhardus. Unum temptationum sentina est ocium Ipsum est enim occasio luxurie Regum. Factum est eo tempore quo reges ad belum. Ita occasio est nugazzatu. Athemenses ad nihil vacabant. Ita occasio est curiositatis ad Thymotheu. Discunt arcuere domos. Stulticiam ostendit quia tomtrua audiens non fugit. Tonuit autem Christus in cruce et in predicatione. tonebit etiam in die iudicii. Item stultus est qui immundicias de oculo non elecat Luke. 7. Stulte ergo primo trabem. Ad celestia venire negligit quia vix ad locum quis peruenit qui unum pedem mouet hodie et alium post annum. Sic et illi quorum motus est pes intellectus et non pes affectus: cum tamen sit affectivo ambulandum.

De auaricia

Capitulum. xix.

Aavaricia est ut ait Tullius immoderatus amor habendi. Item avaricia est hinc Bernum. quemlibet rerum insatiabilis et in honesta cupido. Avaricia hinc apostolum dicitur ydolorum servitus quia homo avarus exhibet creature quod debet creatori scilicet fidem spem et dilectionem: hoc enim avari exhibent pecunie In hoc ergo specialiter reprehendunt isti quod rei vilissime amorem suum exhibent scilicet pecunie quod de terra tollit quam natura insimata ordinavit. dicit in Ecclesiastico quod avaro nihil est scelestis et hoc propter quatuor causas. Primo quia omnia fere scelera pro avaricia perpetravit ut farta luxuria et huiusmodi. Secundo quia contra

Liber

legē nature est Lucas. Quetungz vultis vt faciant vobis hoies
et vos ēc. Tercio quia contra legem scriptam est Lu. 6. Estote
misericordes. Quartio quia contra legem vniuersalē est que est
in omnibus rebus que compellunt se dare. Avarus vero quasi
captiuas detinet res ne se cōmunicare possint. Vtrūq; aut̄ cūq;
licet thesauros condere. Notandum est q; thesaurizare ex affectu
avaricie est absq; omni intentione necessitatis p̄prie vel alienae.
et hoc modo thesaurizare est omnibus prohibitum. Alio modo
thesaurizare ex prudētia et hoc vel ex consideratione necessitatis
et hoc concedit parentibus secularibus ob necessitatem filiorum
educandorum: vel filiarum coniugio tradendarum. non aut̄
ditandazz sed seruato modo et statu p̄sone. Vel est thesaurizare
ex consideratione publice utilitatis scz regni defendendi vel cult⁹
dei ampliandi sic concessum est regibus thesaurizare. Personis
vero ecclesiasticis nunq; licet thesaurizare: nec etiam pecuniam
tenere intentione seruandi Ambrosius. Auq; habet ecclēsia nō
vt seruet sed vt eroget. Ex pdicatis patet q; dupliciter potest ēē
amœ pecunie sive temporalium scz respectu necessarii vel respectu
superflui: contra primum phibet dñs p̄focantem sollicitudinez
contra secundū phibet thesaurizationem. Ex avaricia sequunt
multa mala. Primo quia a deo avarus maledicit Aug⁹. Ma-
ledictus dispensator avarus cuius largus est dñs semper eget
Jeromimus. Avaro tam deest quod habet q; quod non habet
Stultus mercator est qui regnum celoz imo ipm xp̄m vendit
pro paucis denariis et in hoc sepe peior est avarus homo q; ipse
iudas qui pro .30. denariis vendidit xp̄m. Iste autem interdū
pro uno denario corpus euiscerat. quia diuitie acquirunt cum
laboro: possidentur cum timore. amittuntur cum dolore. Vnde
ip̄i laborant et alii sepe labores eoz intrant scz fures raptiores
vel certe mali filii. Isti similes sunt aranee que faciendo telam p̄
capiendis muscis seipſā euiscerat. mente suffocat Aug⁹. Iau-
fragium fugis et plumbum amplecteris. vnde Socrates massaz
argentī in mare p̄yciens dixit. Mergā te ne mergas me. inq-
nat Exodus. Filii israhel seruiebant egip̄tiis in luto et latere.
excet. exemplū in Thobia qui excet⁹ est stercore irundinū
cor dilacerat. Vnde diuitie comparant spinis: insaciabilis est.
vnde comparat satco pertuso et inferno qui nunq; dicit sufficit.
et mari cui oia influunt et tñ non redundat et ydropico. Filie
avaricie sunt septem b̄m Greḡ. Prima obduratio cordis et fit
obmitendo facienda: istam filiaz vocat Isidorus inhumanitatē

Tercius

Secunda violentia: hec fit nocendo alicui palaz per mala facta quam vocat Isidorus rapacitatem. Tertia inquietudo: hec est appetitus lucri. Quarta per iurium qđ sepe madit in emptione et venditione. Quinta fallacia que fit per verba decipientis in occulto. Sexta fraus hec est deceptio perfecta et hoc in presentia illius qui decipitur. Septima p̄ditio que est idem qđ deceptio que fit in absentia deceptū.

De gula

Capitulum. xx.

Gula est ut ait Aug⁹ immoderata cibi aviditas. Item gula est vorax edacitas nature finibus non contenta: quinque modis peccat quis circa gulam ut dicit Greg⁹ Primo cum quis horam comedendi preuenit. & fit hoc propter impatientiaz expectandi tempus debitum. Secundo cum quis querit cibaria preciosa & delicata de quibus Duidius. Est virtus placidis abstinuisse bonis: sed alia hoc fecit diues ille qui epulabatur quotidie splendide. Tercio qn̄ quis mensuraz excedit scz nimis comedendo. Sciendum aut q illud qđ vni est mediū & mensura debita alteri est excessus: unde mensura non distat in cibī quantitate sed in comedentis qualitate. Veruntamē quidā suum ieuniam recompensant postmodum superfluitate nimia: sed quid est hoc aliud q̄ dare duos obulos pro uno denario: Quarto quando nimis ardenter & festine comedit q̄s. Non enim usus ciborum sed concupiscentia in vicio est. Quinto qn̄ nimis studiose quis cibaria sua preparat Bernhardus. Non sapores sed fames excitet appetitū. In omnibus his sumenda sunt non voluptas sed que requirit necessitas. Contingit autem peccatum esse circa diminutionem cibī sicut circa superfluitatē. Filie gule sunt quinque h̄m Gregorium scz. Scurrilitas qz gula mouet ad verba scurrilia. Multiloquiu scilicet detracatio vituperia et alia verba inania: impeta leticia. Lascivia carnis siue gestus corporis inordinatus lasciviam mentis demonstrans. Immundicia scz q̄ solet puenire ex gula vt est vomitus & eructuationes fetide ac luxuria ebetudo mentis: subuersio rationis. Gula duo complebitur scz commissationem & ebrietatem et proprie loquendo parsimonia oponit commissationem: & sobrietas ebrietati. Gula nocet multipliciter. De paradiſo elecit hominem exemplum in adam. Spiritualia bona perdit: exemplum in esau qui p̄ cibo vendidit primogenita. Dyabolo domum iparbat Euangeliū. Hic nos in porcos ad. Seruum contra se animat Proverbi⁹

Tiber

29. Qui delicate nutrit serum suum sentiet eum contumacem: luxuria inducit. Exemplū in loth: homicidia perficit. Exemplū in iohanne baptista qui in conuiuio perit sicut habet Mar. 6 inducit mortem nature Ecclesiastici. 37. Propter crapulā multi perierant Genesis. Quacunq; hora comedenterit ēc. inducit morte culpe apostolus. 1. Thimo. 5. Vīdūa vīvēs in deliciis mortua est. inducit mortem gehenne Lu. ca. 16. Dīues epulo sepultus est in inferno. Remedia gule sūt q̄tuor. Primum est spūalium ciboz frequens sumptio Mat. 4. Nō in lolo pane vīuit homo sed in omni verbo dei. Secundū future carnis nostre dīsideratio Iero9. Defacile contemnit omnia qui semp se cogitat morituoz Tercium eterne cene meditatio Lu. ca. 14. Homo quidam fecit tenam magnam. Quartum famis xpī & suorum eius pensatio: Trenoz. 3. Recordare paupertatis mee absintii & fellis ēc.

De luxuria

Capitulum. xxii.

Luxuria est de imundis desideriis venīes librica mente & carnis plūtitio. Itēz luxuria est libidinose voluptatē appetitus: & intelligas hic appetitū qui est ex consensu rationis quia talis appetitus est mortale peccatum. Dicāt etiāz mortale p̄tēm quando ratio non cohibet huiusmodi appetitū cum posset. Differentie luxurie sunt octo. Prima est formatio que est soluti cum soluta. Secunda est meretriciū qđ fit duplē vel vagam libidinez cum diuersis sectando: vel cum publice venali concubendo Tertia est adulterium quo coniugalis thorax violat. Quarta stuprum quo vīrginalis integritas corrompit. Quinta sacrilegium quo continentia deo sacrata leditur ut in religiosis & clericis in sacris ordinibus constitutis & in his qui emiserunt votū continentie. Sexta incestus quo vinculum consanguinitatis vel affinitatis vel compaternitatis corrompitur. Septima peccatum contra naturam siue sodomia quo naturalis usus coeundi peruerit. Notandū etiam qđ aliquid est contra naturam specie aliquid contra naturaz generis. Primo modo omne peccatum mortale est contra naturam: quia in rationali creatura remurmurat synderesis contra omne peccatum. Sed secundo modo peccati zōdomie contra naturam est quia non solum in homine: sed etiam in brutis diuersi sexus conueniunt in coitu. Vnde si alio modo fit contra naturam generis est. Octa ua est libidinosus coitus coniugalis qui multipliciter accipit. Coitus enim coniugalis alias est licitus: alias fragilis. alias

Tercius

impetuosoſus. Liatus tripliater fit ſez cauſa prolis ad cultū dei: vel cauſa redendi debitū: vel cauſa fornicationis vitande non in ſe ſed in coniuge. prius eſt pietatis: ſecundus iuſticie. ter u9 cautele & in hiſ nullum d' eſſe peccatū. Fragiliſ eſt qñ fit cauſa delectationis & tunc diſtinguit: qā ſi amor delectationis illius preponitur deo peccatum mortale eſt. ſi vero poſtponitur tunc veniale eſt. Impetuosoſus eſt q̄ ex ſola libidine pueniens metas honestatis & rationis tranſcendit. Et hoc fit. 5. modis. Primo cauſa ſatiande libidiñis per meretricias blandicias Secundo cū fit contra naturaliſ modum Tercio cum fit tempeſe phibito Quartuſ cum fit loco phibito. Quinto cum accedit ad pgnantē viemā ptui vel q̄ eſt in fluxu menoſruo. Filie luxurie hm Greḡ ſunt odo. Prima eſt cœitas mentis qua h̄m Auguſti in opere luxurie tota ratio abſorbet. Secunda incoſideratio ſez mortis & iuſterni. Tercia eſt incoſtantia ſez ad cogitandū et nunc iſtud nunc illud deſiderandum. Quarta amoř ſui quo aliq̄s deſiderat longam vitam ad hoc ut expleat voluptatem ſuam. Quinta p̄cipitatio qua quis p̄cipitanter currit ad peccandum exponens ſe periculo mortis ppter luxuriā faciendam. Sexta odiuſ dei quod fit qua deus abſtrahit & punit eos qui ſequuntur carniſ delicias ad quas inclinat luxuria. Septima affect⁹ pntis ſeculi ſez appetitus honorum diuinitarum ſanctitatis fortitudinis & huimodi per que luxuriosoſus finem ſuū conſequit. Octauia deſperatio futuri ſeculi que eſt diſſidentia glorie vel reue conſeqnē et hoc eſt filia luxurie conſumate. Luxuria noet multipliſter. Deo eſt coſtumelioſa quia templa mea iniquimat. Demonib⁹ placida Job. Vehemoth dormit in locis humentib⁹. Subiecto proprio noſtua Apoſtolis. Qui autem fornicat in corpus ſuum peccat. Proxi⁹ scandalizat Dzee. Facti eſtis laqueus ſpeculationi & rethe expaſſum ſuper montem tabor. Amīaz ppter damnat. z. Reg. Non recedet gladius me⁹ de domo tua: hoc d' ad dawid ppter bersabee. Oliuſimo domino ſubicit carni ſez & ſexualitati Gen. 3. Quia audiſti vocē voxis tue plusq̄ me: ideo maledicta terra in opere tuo. Mentiem inſatuat Dzee. Om̄u & mulies auferit eoz. Remedia luxurie ſunt occaſiones fugere Job. Peppigi ſedus cū oculis meis Pro⁹. Qui tangit pię iniquitatē ab ea Ecliſticus. Qui tenet eā q̄li qui apprehenderit ſcorpionē mortis extrema cogitare Ecliſticus. z. Fili memorare nouissima tua & metuſ nō peccabis: de ſe non p̄lumere quia cœdit ſanctiſſimus dawid ſapientiſſim⁹ ſalomon fortiſſimus ſampon

no

Liber

Frequenter se occupare Jerom⁹. Semper aliqd boni operis est agendum ac carnem domare Euangelium. Hoc genus democromum non exigitur nisi in oratione et ieumio: temptationi in principio resistere Gen. 3. Ista conteret caput tuum.

Quando septem vicia sint venialia. et quando mortalia

Capitulum. xxii.

Omnia peccata predicta quibus semper sint peccata: non tamen semper sunt mortalia. Unde videndum est quando unumquodque sit mortale vel veniale. Vana igit̄ gloria ex genere est veniale quod genus operis sumit ex obiecto. Vanum autem hoc se non est obiectum mortalis culpe sed venialis: unde cum vana laus sit huius peccati obiectum: patet quod non semper est mortale peccatum. Erit tamen vana gloria mortalis duplēcē ratione finis propter quam laus appetitur. Opus namque tale est quale est illud propter quod appetitur. Item ratione operis: in quo laus querit. Circa primum ergo dicendum quod quadruplici fine laus appetitur. Primo ad vitandum malum infamie sicut samuel se laudauit. 1. Reg. 2. propter utilitatem aliquam specialem ut est gloria dei vel edificatio primi: sicut paulus se commendauit. 2. Cor. 11. Tercio propter lucrum auaricie sicut pharisei qui deuorabant domos viduarum simulantes longam orationem Mat. 23. Quarto propter aliquę actum venialis peccati sicut quando quis laudari vult eo quod venialiter in laude delectetur primum est prudenter: secundum caritatis dei et primi. tertius est peccatum mortale et idem intelligendum est quincunq; mortale peccatum ponitur finis aliquid operis: quartum est veniale. Sequitur secunda causa quare vana gloria sit mortale peccatum ratione operis per quod laus queritur. Hoc autem potest fieri tripliciter. quia laus quandoque queritur per opera illicita: quinque per opera ex se indifferentia: quandoque per opera virtutum. Si primo modo sic est tale peccatum: quale est illud illicitum scilicet mortale vel veniale. Si secundo modo sic est peccatum veniale: ut est habere diuitias vel vestes pretiosas cum ab usu talium in laudem. Veruntur si talia de se sunt ordinata ut sint occasiones mortalium peccatorum hoc quod mulier cum ornatu meretricio ad capiendas animas preparatur. vel si factum illud est illicitum ex prohibitione superioris ut torneamenta et huiusmodi cum accederet preceptum ecclesie sic sunt peccata mortalia. Si tertio modo si laus queratur per opera virtutum: hoc est dupliciter. Quia

Tercius

vel appetitus laudis adiungitur operi virtutis tanq; incidentis
sicut contingit in cantu vel in predicatione quandoq; et sic est
veniale: vel laus est finis principaliter prestitus operi virtutis
et operantur ita q; ibi constitutat finem ultimum et sic est mortale
quia tunc inheret ei ut fini ultimo. Nota q; maius est peccatum
gloriarum de bonis spiritualibus q; de temporalibus quia minus
habent motum eo q; minus appareant extra q; temporalia. In
uidia est mortale peccatum ex suo genere: quia cum sum Remigius
sit de alieno bono dolore trahatur directe caritati que non emulatur
sed congaudet veritati. 1. Coz. 13. Caritati vero nihil est trahum
minus mortale peccatum: tamen illud quod ex genere est mortale
potest esse veniale in quantum vel in primo motu consistit: vel
extra rationem suam trahitur. Dolore ergo de alieno bono est
quadrupliciter. Quia aut est motus primo primus ex natura ve-
mens sicut quidam naturaliter inuidi sunt: et hoc nullum est peccatum
cum nullo modo sit in potestate nostra. Vel est motus secundo
primus quando scilicet appetitus sine completa deliberatione talis
passione afficit et sic est veniale peccatum. Vel est actus voluntarii
deliberative et sic est mortale peccatum. Vel trahitur per intentiones
extra suam rationes ut quando dolore de alieno bono surgit ex
causa bona sicut quando dolet aliquis de bono temporali alterius
quia videt illud redundare in detrimentum aie illius. Vel etiam
in detrimentum communitatis et talis dolore bonus est: quia maius
bonum magis est appetendum Notandum vero q; per dolorem
boni comprehenditur gaudium de malo qd ex ipso causatur. Ira
ex suo genere est mortale peccatum quia sum Cassiodorum. Ira
est animi concitatus motus ad penam prouocans inferendam.
Talis autem motus contrariatur caritati que non irritatur nec
cogitat malum. 1. Coz. 13. Ira igitur vel dicit iras zeli que est
detestatio vicii et hoc non est peccatum sed est perfectionis. potest
etiam sibi quis per hunc modum irasci sicut dicit glosa sup illud
Ps. Irascimur et nolite peccare ad. Quid inquit est homo penitens
minus homo sibi irascens. Vel dicit remissionem affectus circa pri-
mum per quaz homo non dolet de malo primi: nec gaudet de
bono eius sed est ei indifferens et sic non est mortale: sed est in
perfectio caritatis. Vel dicit actualem impatientiam absq; appetitu
vindictae et talis motus etiam deliberatus est veniale peccatum:
quia habet completam rationem ire sicut patet ex superdicta diffi-
nitione. Vel dicit impatientiam cum appetitu vindictae: et hoc
tripliciter. Quandoq; enim hoc est a natura sicut in melancolie

Liber

in quibus hūm p̄hūm contīnue mordet natura: ppter qđ semper sunt turbulenti: & sic nullum est p̄c̄m cum sit motus naturalis. Quandoq; est ab appetitu indeliberato et tunc est veniale sicut alii primi motus. Quandoq; est a voluntate deliberativa et tunc est mortale peccatum. Accidia ex genere est veniale peccatum qz hūm Aug^o. Accidia est tedium interm̄ boni: hoc aut̄ non oportet caritati: sed dicit dimmitionem feruoris caritatis in quo consistit omne p̄c̄m veniale. Istud ergo tedium vel est motus naturalis & sic nullum est peccatum. Vel est motus appetitus contristati de opere spūali laborioso & sic est veniale: q̄nus etiā ille appetitus sit deliberativus quia sensus in veniale non est nisi veniale. Accidia vero sicut dictuz est ex ḡne & per se veniale est. Vel hoc tedium redundat in obmissionem eorum que sunt necessaria saluti & tunc est mortale. Si aut̄ tedium illud ex obmissione boni & difficultate aggreendi bonū dicit in desperationem tunc iam accedit ad p̄c̄m in spūmāndū. Et si tediu illud ita crescit p̄metiam dicit in tediu vīce int̄m q̄ iniāt sibi manū tunc iaz similis erit iude qui laq; se suspendit. Avaricia hūm Tulium est immoderat^o amore habendi: hoc igit̄ aut̄ distinet in appetendo vel in acquirendo vel in retinendo. Si p̄mo modo hoc est quīng; modis. Primo quia appetit aliena appetitu completo q̄a p̄cederet in opus si esset facultas sic est mortale. Secundo quia appetit illicita voluntate completa ut si aliquis indignus conat beneficium ecclesiasticum ad ipsici sic iterum est mortale. Tercio si appetit talia siue sint aliena siue illicita cum voluntate conditionata sz si posset habere sine offensa dei ac iniuria primi & tunc vel nullum vel veniale p̄c̄m est: siue talem conditionē actualiter addat vel habitualiter eam intendat. Quartu si simplr appetit habere superflua & hoc appetitu suffocante mentem a sua cura & consideratiōe diuinorum & sic est mortale p̄c̄m. Quinto si superfluo amore inheret temporibus. & tamen infra deum & eius amore hoc veniale est. Si aut̄ avaricia distinet in acquirendo hoc est tripliciter. Quia vel acquirit res iniuste quoquinq; modo & tunc est mortale. Vel acq̄rit res per tale opus aut̄ artem vel officium quod per se mortale est p̄c̄m: etiam si sine lucro esset & tunc est mortale. Vel acquirit talia per operationem illicitā que est veniale peccatum ut cum quis verba iocosa componit ad lucrum & hoc est veniale nisi aliquis propter delectationem dissolutionis totaliter det se talibus tunc est mortale. Dico aut̄ ppter delectationem quia si aliquis ppter necessitatem per talia

Tercius

sustentationem sibi aquireret cum aliam artem nesciret lucrosa non reputarem eum in statu damnandorum. Si autem consistit avaricia in retinendo hoc potest esse quinq^u modis. Primo quia retinet scienter ea que restituere tenet et animo retinendi sic est mortale peccatum. Secundo quia retinet ea que ad necessitatem suam pertinent a suorum: vel ad conseruationem status sui et suorum s^m q^d decet suam dignitatem hoc non est p^ct^m. Tercio quia retinet superflua respectu vtriusq^z iam dicatorum a hoc tpe extreme necessitatis alicuius sic est mortale peccatum. Quartu^r q^d retinet superflua etiam c^{it}ra extremā necessitatem ex insaciabili cupiditate sic est mortale peccatum. Precipuum autem signum talis affectu^r est q^d q^s poti^r res putrescere sim^t apud se q^d vtilit dispenset aliis. Quinto q^d retinet supflua ex moedimato amore temporaliū per quę modicū deficit a medio largitatis salutis tamen statu virtutis sic est veniale. Nota q^d avaricia ex genere est mortale quia ab apostolo ydolatrie comparat̄ non q^d sit de specie illius peccati cū non habeat actū eius sed q^d aliqd simile facit ydolatrie scz seruendo creature poti^r q^d creatori. Gula est ex genere veniale p^ct^m quia appetitus comedendi ex sua rōne non subiacet dñio voluntatis. Gula est immoderatus appetit⁹ comedendi qd potest esse quinq^u modis. Primo si est ibi solus appetitus cibi a hoc nunq^z est p^ct^m: nec etiam delectatio cibū consequens est p^ct^m in quantum ordinat̄ contra defectum sibi dñium: hec enim pure sunt naturalia in quibus nec est meritum nec demeritum. Sed si appetitū necessitatis adiungit appetit⁹ delectationis et voluptatis in cibo hoc ē veniale p^ct^m. Terciu^r si est ibi p^cpti transgressio vt cum aliquis sine necessitate soluit ieiunia ecclesie vel quando religiosus comedit carnes cum hoc in suo ordine sit prohibitū sub precepto sic est mortale peccatum. Quartu^r si appetitus edendi est cum libidine vt quādo nimio a finali affectu inheret delectatione cibi a hoc est peccatum mortale. Quinto si duāt in consuetudinem talem que facit totam vitam hōis delectationibus huiusmodi deputari: hec tam vicina sunt mortali peccato q^d ebrietas ab apostolo inter peccata mortalia computatur. Ebrietas tamen quandoq^z est veniale vt quando ultra necessitatem quis accipit s^m tñ mensuram imperceptibilem Quando vero quis egreditur a mensura perceptibili s^m rōnem bene ordinat̄ ad discernendum: a hoc in tali mensura ex qua euertitur status mentis effrenata libidine: qn hoc deo p^{ponit} tunc peccatum mortaliꝝ. Si quis aut̄ alium inebriat scz invitans

Liber

eum ad podium intendens statu mentis eius euertere et facit hoc in eius notumentu peccat mortaliter quia magis auferit ei q̄ si auferret bonum aliquod temporale q̄a vslum rationis ei tollit. Luxuria ex suo genere est peccatum mortale: quia est contra illud preceptu. Non mechaberis. Concupiscentia luxurie distinguunt septem modis. Primus est cum concupiscentia dicitur in primo motu tantum et sic est veniale peccatum. Secundus cum sequitur consensus in delectationem sed non in opus et sic est mortale. Tercius est cum consentientiam etiam in opus et sic est iterum mortale. Quartus modus est cum concupiscentia non solum tenetur in corde sed pascit visu et sic iterum est mortale Q̄at. 5. Qui viderit mulierem ad concupiscentium eam ite i. hoc animo et sine attendat eam ut ipsam concupiscat quia h̄m Aug⁹ hoc non est iam titillari sed plene consentire libidini. Bene etiaz dicitur ad concupiscentium eam quia si quis videret mulierem ut rem pulchram et viterum non p̄cederet tunc vel nullum esset peccatum vel solum peccatum curiositatis. Quintus modus est in scutiloq; ut cum quis mulierem procatetur vel propter libidinem habet cum ea familiaria colloquia et est mortale. Sextus modus vocatur ab apostolo turpitudine glo. ut in osculis et in amplexibus hoc est mortale et tanto grauius p̄cedentibus quanto magis per talia libido accendit ppter nimiaz approximationē ad ignem. Notandum q̄ tangere mulierem preter intentionem non est peccatum: similiter tangere cum intentione sed ex necessitate. Vel tagere ex libidine vel osculari ad se non pertinente peccatum est mortale. Septimus modus cum concupiscentia p̄edit in opus et hoc constat esse mortale. Nota q̄ est differentia inter primos motus generatiue et nutritiue quoniam primus motus in generativa semper peccatum est nisi per sacramentum matrimonii excusat sed non in nutritiua: qm̄ potentia concupisibilis non tantum corrupta est in nutritiua. sicut in generativa. de hac materia require magis supra tytulo proximo vbi agitur de speciebus luxurie.

De peccato in spiritum sanctum. Capi. xxiii.

Onamuis omne peccatum sit generaliter contra deum trinum et unum: appropriate tamen dicitur aliquod peccatum esse in patrem aliquod in filium aliquod in spiritum sanctum. In patrem enim peccat ex impotentia: in filium ex ignorantia in spiritum sanctum ex malitia. hoc est quando voluntas potest et scit resistere alicui malo et tamen ex sola malitia illud eligit. Peccatum in spiritum sanctum mere p̄edit ex improba voluntate liberū arbitrii.

Tercius

a directe impugnat grām spūssandī: et idq; non habet colorē excusationis quia quantuz est de se directe impugnatium est medici et remedij per quod fieri habet remissio peccati. Pētm in spūssandū dicit irremissibile m hoc seculo & in futuro non quia dimitti nō possit. sed quia raro dimittitur aut vix in hoc seculo quantuz ad culpam. Item quia modicum aut quia nihil dimittitur in futuro quantum ad penam. Item quia non legit dimissum ppter hoc dicitur irremissibile sicut melchisedech dicit esse sine patre quia non legit de eius patre. Itez quia aduersat fonti remissionis scz spiritus sancto. Item propter impotentiam hois qui vir potest se preparare ad gratiaz quam tanta moles peccati premit. Sciendum q; hoc nomen irremissibile accipitur tripliciter scz negative ut videlicet q; nullo modo potest remitti hoc modo peccati angelī & damnatorum est irremissibile. Item priuatue ut quod non habet congruentiaz ex se quare debeat remitti licet ex congruo dei possit omne peccatum remitti: hoc modo quodlibet pētm mortale est irremissibile. Item contrarie hūi q; habet aliqua culpa diuīam dispositionem ad remittendū hoc modo pētm in spūssandū est irremissibile: quia diuatur gratie remittenti peccatum et hoc per desperationem vel presumptiōnem vel alias species huius peccati. Sex sunt species huius peccati in spūssandū scz desperatione presumptio impugnatio caritatis agniti: iniudicatio caritatis fraterne. obstinatio finalis impenitentia. Horum numerus accipit. In remissione tria sunt scz ipse remittens et ille cui remittitur ac dispositio remittendi in eo cui remittit. In ipso remittente duo sunt scz misericordia & iusticia: contra primum est desperatione. contra secundū presumptio. Item in eo cui remittit duo sunt scz dolce de commisso et ppositū de non committendo: contra primum est obstinatio. contra secundū finalis impenitentia. Preterea dispositio remittendi in eo cui remittitur est duplex scz cognitio veri: & amor boni. Atra primū est impugnatio caritatis agniti: contra secundum iniudicatio caritatis fraterne. De finali impenitentia nota q; si dicit continuationem peccati usq; ad finem vite: sic in omni peccato in quo quis decedit est finalis impenitentia negative. Sed finalis impenitentia prout est una species peccati in spūssandū hūi q; hic sumitur: sic dicitur propositum non penitendi.

Enumeratio peccatorum Capi. xxiii.

Liber

Pecata cordis sunt hec cogitatio delectatio consensus: desiderium mali: peruersa voluntas. infidelitas indeuctio presumptio desperatio: timor male humilians. amor male accedens: suspicio inuidia ira odium. timore deum seruiliter exultatio in aduersis primi: temptus pauperum vel peccatorum personarum acceptio: perfidia. affectus parentum carnalium inextincta leticia: seculi tristitia. impatientia auaricia superbia perplexitas obstinatio malitia: teedium boni. accidia inconstantia penitentie. dolor: quia non fecit amplius mali ypcrisis. amor placendi: timor disiplendi. verecundia de bono opere. amor pueratus: sensus singularis. ambitio dignitatis: vana gloria de bonis nature vel fortune vel gratie: verecundia de pauperibus amicis: contemptus ammonitionum. immiserit cordia etc. Peccata oris sunt hec crebra iuratio per iurium blasphemia: nomen domini irreuerenter assumere: veritatem impugnare. deum de aura et aliis instruere: contra deum murmurare. irreuerenter horas dicere: detracatio adulatio mendacium vituperium maledictio infamatio contumacia: impugnatio veritatis agnitus. impugnatio caritatis fraterne: seminatio discordia pditio. falsus testimonium mala consilia derisio: traditio obedientie. inuertere facta bona in ecclesiis placitare: ad iram homines puocare. reprehendere in alio quod ipse facit. vaniloquium multiloquium stultiloquium. pferre verba ociosa vel superflua curiosa: iactantia verborum. pollicitatio: peccatorum defensio. clamor risus cachinnus turpis loqui lenocinii: cantare cantilenas seculares. in cantu diuino magis studere vocem frangere quam deute psallere: murmurare. verba scurrilia pferre: in iniusta causa aduocare. malum commendare etc. Peccata operis sunt hec gula luxuria ebrietas sacrilegium symonia sortilegia: violatio dierum solennium. indigne communicare: voto fratio. apostasia dissolutio: in officio diuino scandalizare. suo malo exemplo proximum corrumpere: ledere hominem in rebus vel in persona vel in fama: furtum rapina usura deceptio ludorum venditio iusticie: exactioes ac theolonea iniusta auscultare mala: ioculatoribus dare. necessaria sibi subtrahere superflua sumere: ultra vires aliquod aggredi. asuetudo peccandi recidivatio simulatio: tenere officium ad quod non sufficit vel quod sine peccato non agitur. choreisare: nouitates inuenire. maioribus rebellare: minores opprimere. delinqre visu auditu tactu olfactu gustu luctu osculis itineribus muneribus nutib: mandatis scriptis. circumstantias aggrauantes admittere que

Tercius

sunt tempus locis modus numerus psona mdea sc̄ientia etas
 temptationes puenire: seipsum ad peccandum cogere. Peccata
 obmissionis sunt h̄c deo non cogitare: ipsuz non timere vel
 amare: gratias de beneficiis nō agere. opera que quis facit ad
 ipsum non referre. de peccatis sicut debet non dolere: ad grām
 perciendam non se preparare. gratia accepta non vti nec eā
 conseruare: ad inspirationē dūimam se non duertere. voluntatē
 suam voluntati dūime non conformare. ad orationes dicendas
 non attendere: creationes debitas obmittere. et ea que tenetur
 ex voto vel precepto vel officio negligere. confessionem & com-
 munionem semel in anno non expedire: parentes nō honorare
 seipsum non recognoscere & reprehendere. conscientiaz negligere
 ecclesias & predicationes fugere: temptationibus non resistere
 penitentias iniunctas negligenter facere: ea que statim facienda
 sunt differre: de bonis primi non congaudere. & malis eius nō
 adolere: iniurias non remittere. fidem non seruare: & beneficis
 eius non rñdere: delinquentes non corripere. lites non sedare:
 ignorantes non instruere: afflitos non consolare. ammonitiō-
 nibus non acquiescere.

Explicit liber tertius.

Incipit prologus quarti libri

Icūt deus rerum est p̄incipium effiduum in creationē
 sic & refiduum in redēptione: & perfectium in retrī-
 butione. Quomaz sicut pater omnia creauit per verbū
 increatum: sic omnia creata renouauit per verbum īcarnatū.
 P̄ero circa incarnationē xp̄i tal fuit ordo. Salutatio angelica
 responsio vīginea: sanctificatio materna. conceptio dūima. de
 quibus nunc agendum est z.

Explicit prologus.

Incipiunt t̄ytuli capitulorum quarti libri.

- E** salutatione angelica
- D**e responsione vīginea
- D**e sanctitate materna
- D**e conceptione dominica
- R**ationes īcarnationis xp̄i
- D**e modo īcarnationis xp̄i
- D**e vniōne & natura assumpta
- V**tilitas īcarnationis xp̄i
- D**e mirabilibus īcarnationis xp̄i
- D**e nativitate domini

- C**apitulum. 1.
- C**apitulum. 2.
- C**apitulum. 3.
- C**apitulum. 4.
- C**apitulum. 5.
- C**apitulum. 6.
- C**apitulum. 7.
- C**apitulum. 8.
- C**apitulum. 9.
- C**apitulum. 10.

Liber

De circumcisione	11.	De passione xp̄i	18.
De baptismo domini	12.	De effectu passionis xp̄i	19.
De plenitudine gr̄e xp̄i	13.	De cruce domini	20.
De plenitudine sapientie	14.	De descensu xp̄i ad inferos	21.
De merito xp̄i	15.	De resurrectione domini	22.
De voluntate xp̄i	16.	De ascensione	23.
De desetū q̄s assūpsit xp̄s.	17.	De sensu xp̄i ad dcr. pa.	24.

De salutatione angelica. Capi. primum

Desus est gabriel angelus qui fuit de ordine archangelorum ad beatam virginem cui ad sensum appetuit visione corporali: quia ei loqueretur locutione spirituali. Ad istud nobile sacramentum nuncius debuit esse angelus propter tria. Primo propter cognationem virginitatis ad naturam angelicam. Secundo propter ordinem purificationis humane quia sicut venit ibi dyabolus in serpente ad mulierem: ita deus hic venit per angelum ad virginem. et sic ex opposito medicina respondeat morbo. et reparatio lapsui et documento remedium. Tercio quia sicut illa gratia fuit reparatio nature humane: sic fuit et ruine angelice. Unde communis beneficio utramque natura communiter debuit ministrare. Dividit salutatio beate virginis in tres partes. Primi parteque incepit angelus cum dixit. Ave gratia plena dñs tecum benedicta tu in mulieribus. Secundā subiunxit elizabeth cum ait. Et benedictus fructus ventris tui. Tertiā apposuit ecclesia ut in reuerentia nomen marie haberetur. nam ipsius nomen maria non est de tertio. Ista salutatio commendabilis est in quatuor primo propter autores quia missus est angelus a deo. Secundo propter nuncium Non enim homo dignus fuit haec nuntiare sed angelus nec quilibet angelus sed gabriel. Tertio propter eam que salutat quia virgo nec quilibet virgo sed maria. Quarto ab ipso modo salutandi qui indicat innocentiam virginis cum dicatur. Ave. item gratias conuersationis cum dicatur. Gratia plena: item propter excellentiam conceptionis cum dicatur. Dominus tecum: item propter privilegia prorogative singularis cum dicatur. Benedicta tu in mulieribus. Salutationes quedam inueniuntur optatiue salutis Reg. Salutem quendam gratie Appls. Gratia vobis et par: quendam gaudium Thobie. s. Gaudiū tibi semper sit. quendam benedictionis Ruth z. Benedic tibi dñs. Nec autem salutatio angeli ex omnibus conflata videatur continet enim salutem cum dicatur. Ave: gratiam cum dicatur. Gratia plena: gaudium cum dicatur. Dominus tecum

Quartus

benedictione cum dicit. Benedicta tu in mulieribus. Preterea in hac salutatione nota triplex proposita beate virginis: scilicet nature cum dicit. Ave: gratie cum dicit. Gratia plena: glorie cum dicit. Benedicta tu in mulieribus. Nota deinde sex in angelica legatione. Primum quod reuerenter angelus beatam virginem salutavit cum dicit. Ave gratia plena dominus tecum. Secundo quod excellenter commendavit ibi. Benedicta tu in mulieribus. Tercio quod dulciter confortauit ibi. Ne timeas maria ecce. Quartu[m] quod diligenter legationem suaz compleuit ibi. Ecce daipes et paries filium. Quinto quod eleganter modum exposuit ibi. Spullanus superueniet in te ecce. Sexto quod conuenienter prolem nascituram descripsit ibi: Ideoquod quod nascetur ex te sanctum vocabitur filius dei.

De responsione virginea. Capitulum. ii.

Nos legimus in scriptura dyalogos: unum inter euas et dyabolum quo mors concludebatur: alterum inter angelum et mariam quo vita oriebatur. Vide autem tria que fecit beata virgo in salutatione angeli scilicet deliberationem. cogitabat: interrogationem quia querebat dicens. Quomodo fiet istud ecce: consensum quia respondit. Ecce ancilla domini ecce. nec in deliberatione fuit subdita sicut eua: nec in interrogando dubia sicut zacharias: nec in consentiendo tarda sicut sara. In ratione beate virginis quatuor verba inuenies: que quatuor virtutes redolent. Ait enim: ecce quod est obedientie promptus. ancilla domini quod est humilitatis perfecte: fiat mihi quod est caritatis inflammatum verbum tuum quod est fidei deuote. Septem verba locuta est beata virgo. Primum: vnum non habent ecce. Secundum: filii quod fecisti nobis sic ecce. Tercium: quodcumque dixerit vobis facite. Quartum: salutavit Elizabeth. Quintum: quomodo fiet istud quem virum non cognosco. Sextum: ecce ancilla domini. Septimum: magnificat anima mea dominum id est. Primum verbum fuit pietatis: secundum caritatis: tertium instructionis. quartu[m] consolationis: quintu[m] discretionis: sextu[m] humilitatis. septimum orationis et gratiarum actionis. Et nota quod verba predicta oia fuerint brevia propter ultimorum.

De sanctitate materna. Capitulum. iii.

Sanctificatio triplex est. Quedam enim communis est ut que fit per sacramenta. Quedam specialis ut que fit per gratiam spullandi. Quedam specialissima ut que fit per gratiam singularem. Prima remouet culpam et confert gratiam remanet tamen somes et penititas ad peccandum: et talis est in baptisatis. Secunda remouet culpam et penitatem peccandi mortaliter

Liber

* talis fuit sanctificatio in utero iohannis baptiste et ieremie. Tercia remouet culpam originalis et promptitudinem ad peccandum tam venialiter quam mortaliter: et talis fuit in beata virginem. Et sciendum quod licet gratia sanctificationis in utero sit quantum ad essentiam maiorum quam gratia sacramentalis: tamen quantum ad aliquos effectus est maior ista: quod baptismus imprimit characterem et aperit ianuam regnum et abilitatem hominem ad alia sacramenta quorum nullum facit sanctificatio in utero ex se. veruntur gratia sanctificationis in utero precellit in hoc gratiam baptismalem: quia taliter sanctificatus non potest peccare mortaliter: et ad veniam minus inclinat eum fomes: propter quod minor et pauciora veniam committit. et talis gratia fuit in iohanne baptista: et ideo ne inuacuum gratiam dei reciperet fugit hominum societas et artissimam in se penitentiam temuit ne leui saltus maculare vita semine posset. Patet ergo quod in sanctificatione in utero conferitur gratia media inter gratiam sacramentalis et gratiam plene confirmationis in patria que habet sibi coniunctum fine ultimum. Ad confirmationem enim perfectam tria pertinent. Primum est inseparabilis coniunctio rationis ad deum. Secundum indeflexibilis subiectio inferiorum potentiarum anime sub imperio romani. Tertium est indiscontinuabilis conuersio actualis totius hominis in deum quando homo diuina dulcedime affectus ex toto corde et ex tota anima et ex totis viribus semper actu tendit in deum et in quodcumque aliud in quantum in eo relinet deum. Primum horum agit gratia sanctificationis simpliciter ut scilicet nullus qui eius piceps fuerit possit peccare mortaliter. Secundum habuit beata virgo et ideo nec veniam inquantum peccauit ut dicit Augustinus. Tercium autem non potest conuenire gratie vie eo quod hoc ex dei fructu causetur que tantum est in patria Tres fuerunt sanctificationes matris dei. Prima fuit sanctificatio in utero et hoc tres effectus habuit scilicet originalis culpe expiationem: et gratie infusionem et somnis tantam restrictionem ita ut non posset in aliquod peccatum ducere: licet ipse fomes maneret in essentia. Secunda fuit in spussantum obumbratione et filii dei conceptio que tribus immisis duo superaddit scilicet omniodam somnis extincionem et confirmationem in bono ita quod prius tam poterat non peccare iam non posset peccare. Nos duos effectus expressit angelus Lu. 1. Spussandus superueniet in te quod ad primum: et virtus altissimi obumbrabit tibi quo ad secundum. Ita vero affirmatio non fuit liberi arbitrii ablacio sed ea per gratiam completio. Propterea spussandus superueniet in eam non

Quartus

solum ad sanctificandū: sed etiam ad secundandū cuius virtute
virgo concepit virgo peperit & post partum virgo permanuit
Tertia fuit sanctificatio in filii dei inhabitatioe qui nouē men-
sibus in utero eius mansit. Et hec oībus p̄dītis duos effectus
addidit. Unus fuit quo dispositiones somitīs sublate fuerunt
sicut quando mōrbus curatus est adhuc interdū manent reliquē
curande. Secundus fuit dedicatio ad diuina ita q̄ etiam licetis
vībus humanis sc̄z matrimonialibus eam aptari esset impossibile
q̄ tunc non solum eius mens sed & corpus hīc diuinitatē
resplenduit vt signatum est Ezech. 43. Ex predītis collige q̄
fomes personam inficit et naturam. Personam quidā quantū
ad malum: pronaz facit ac stimulat ad peccatū. Naturam vero
q̄ carnem inficit prout est principium ad carnem alteram. Sed
beata virgo in p̄ma sanctificatione que fuit in utero mundata
fuit ab originali peccato inquantū fomes respicit personaz suā
quia nihil in sua persona purgandū remansit. In secunda vero
sanctificatione que fuit quando spūllantus superuenit in eam
purgata fuit a somite put ipse fomes naturam respicit in com-
paratione ad prolem pagadam non opere nature: sed opere
spūllandi. Remot⁹ enim fuit essentialiter ppter q̄ pars ab ea
sepanda in corpus xp̄i de somite nihil habuit sicut nec materia.
Nota similiter ex p̄dītis & sequentib⁹ q̄ beata virgo ex p̄ma
sanctificatione excellebat puritate omnes baptisatos: ex secunda
sanctificatione excellebat puritatē ade quam habuit ante p̄cm
Per confirmationem excellebat angelos: qm̄ isti nec crescere
possunt in p̄mio substanciali sic nec decrescere: sed beata virgo
p̄ficere potuit in merito & nō deficere. Puritas quadruplex fuit
matris dei in qua nulla creatura sibi poterit comparari. P̄ma
est puritas sanctificatiōis in utero. Omnis em̄ rōnalis creature
puritas vel est nature vt in angelis: vel est gratie gratis date
vt fuit in innocentia p̄mi status hominis: vel est gratie gratū
facientis: & ista tercia est maiore aliis duabus. Vnde cum in illa
specie gratie sanctificatio matris fuerit suprema: patet q̄ vicit
puritatem omnis pure creature. Secunda est puritas innocentie
in vita in qua similiter excellit. q̄a beata virgo vixit sine omni
peccato & hoc oportuit esse maxime gratie que nō solū naturā
ipsius perficeret sed eam super legez nature corrupte extolleret
Tertia est puritas virginēe castitatis: in qua excellit angelos
& homines: angelos quidem quia b̄m Jeromīum hoc retinuit
per virtutem castitatis quod in angelis est necessitatis nature.

Liber

Item excellit in hoc homines quia primum exemplar fuit huius integritatis Psalmista. Adducent regi virginis post ea pri. Et preterea ostendit illud alia ratione quia summa est hec puritas que potius potest suum secum quasi contrarium pati; quod possit violari. et talis fuit virginitas domine nostre que gaudiu[m] matris habet cum virginitatis honore; et ideo nec primaz similem visa est nec habere sequentem. Quarta est puritas sanctificationis ex superuentione spissantia et presentie dei in qua similiter excellit o[mn]is creatura. Cum enim esse matrem dei sit dignitas superior que pure creature comunicare non potest. necesse est gratias ad hoc disponentes esse maiorem omnium gratiarum pure creature. Dicit ergo privilegium sanctificationis sue in hac parte omnem sanctificationem excedere alicetum.

De conceptione dominica Capitu. iii.

fit repatio depediti. Vide qz dicitur in oratione dñica. Panem nr̄m. quot. da no. ho. statim sequit. Et dimitte nobis deb. nr̄a Istud intelligit de venialibus & nō de mortalibz. qz sicut alimen-
tum naturale pdest viventi & nō mortuo. similiter alimentum
spūale. Item contra dyabolum armatio ps. Parasti in aspectu
me o mensa adū. eos tē. Item spes eleuatio. Apls. Quo cū illo
omnia nobis donauit. Item amor exaltatio. Bernhar. Disce
xpiane quantū debeas diligere xp̄m q̄ dedit nobis carnē suaz
in cibum. sanguinē in potum. aīam in preciū aquā lateris in la-
uacrum. Item fidei amēdatio quia in hoc sacramento eleuam̄
supra naturam & supra sensum & super intellectū. Apls. Capti-
uantes omnem intellectū in obsequium xp̄i. Item angelica con-
uiuatio ps. Panē angeloz māducauit homo. Ite celestis regni
collatio Johis. 6. Qui māducat carnē meā et babit meū sanguinem
habet vitam eternam. Spūalis delectatio. Sap. Panē de
celo p̄stitisti eis. Item intellectus illuminatio. 1. Re. 14. Gusta-
tionathas de melle & illuminati sūt oculi eius. De effectu eu-
charistie dicit Bern. Corpus xp̄i est egrotis medicina. p̄gri-
nabitibus dieta. Debiles confortat. valentes delectat. languorez
sanat. sanitatem seruat. fit homo mansuetior ad correptionē. paci-
entior ad laborem. ardentior ad amorem. Sagatior ad cautelam
ad obedientiā p̄nior. ad grārum adiōne deuotior. Sicut rite co-
municantibz multa bona pueniunt vt dictum est. sic indigne
corpus xp̄i sumentibz multa mala occurrūt. Nullius em̄ opus
placeat deo nisi placeat ipse prius. Indigna nāq̄ omunio p̄tis
hoīem illaqueat. damnacionē p̄parat. p̄imū scandalizat. men-
tem exēcat. temptacōem subiūgit. Deum irritat. vīta tpalem
breuiat. gratuitis spoliat. De his oībo p̄ ordinē d̄ in ps. Siat
in q̄t mensa eoz corā ipsis in laqueū. ecce primū. Et in retribu-
tiones. ecce scdm. Et in scandalis. ecce tertiu. Obscurēt oculi
ez ne videat. ecce quartū. Et dorsuz eoz semp in curua. ecce
quintū. Effunde sup eos irā tuā. ecce sextū. Siat hitatio eoz de-
serta. ecce septi. Et i hitacū eoz nō sit q̄ inhitat. ecce octa.

De sumentibus eucharistiam & modo su- mendi

Capitulum xiiii.

Qopus xp̄i quatior modis sumēt. Quidē accipiūt spūa
liter tm̄. vt q̄ accipiūt rem sacramenti. grām & nō ip̄m
sacmentū corporis xp̄i. de h̄ mō sumēdi dīc Aug. Crede
& māducisti. corpori xp̄i mīstico mōrpat⁹ es. Quidē sacramentalē

Liber

tū. vt cōmunicantes in mortali. Quidem spūaliter & sacramentaliter. vt qui rem & sacramentū accipiunt. sicut q̄ sunt cōmunicantes in grā. Quidez nec spūaliter nec sacramentaliter vt qui nec rem nec sacramentū accipiūt. Primi nō manducātes mādu cant. Secundi manducātes nō manducāt. Terci manducātes manducant. Quarti nō manducantes nō manducant. Circa cōmumionez dimitit peccatū trib⁹ modis. Primo cū quis statuto tpe d̄mumionē dimitit. Joh.6. Nisi manducaueritis carnē filii homis. Scđo cū quis suo tpe d̄mumicans male accedit Apoc. i Cor.11. Qui aut sumit īdigne iudiciū libi manducat & bibit. Tercio cū post d̄mumionē a petis se nō custodit & iste m̄tiple malū incurrit. Primo qz xp̄m quē ignominiose suscepit. a se expellit. Et certe turpi⁹ eicit q̄ nō admittit hospes. Scđo qz tal⁹ quodammodo similitudinē inde gerit. Judas em̄ postq̄ cū xp̄o cenauit ip̄m tradidit. Sic & absolon frēm suū ad diuinū mutauit & post occidit. vt habeat. z. Re.13. Tercio qz ordinē honestatis puerit. Venturo em̄ reuerentiā exhibet p̄nti nullā. Vñ similis ē illis qui cū ramis oliuazz & cū clamore xp̄o occurserūt & ip̄m postmodū crucifixerūt. Qualit̄ ad d̄mumionē accedendū sit discere posum⁹ in esu agnī pascalis Cōmedebāt em̄ eū iudei accīndis renib⁹. calciatis pedib⁹. baculos habentes in manibus cū laetucis aggressib⁹ & festināter. sic habeat Exo.12. Per p̄mū signat puritas castitatis. Luc.12. Sint libi v̄ri p̄cūdū. p̄ sedm affectus deuocōis Cant. Quā pulera es in calciamētis filia p̄n tipis. Per terciū memoria dñice passionis Gen.33.. In batulo meo transiui iordanē istū. Per quartū amaritudo atritionis. Psal. Cibauit nos pane lacri. Per quintū p̄mititudo bone voluntatis & opationis. Proi. Vidisti hoīem velocem in ope suo coram regib⁹ stabit. Itē quales esse debeant d̄mumicātes ostendit in vestib⁹ sacerdotalib⁹. Requirunt em̄ ista. Iudiciū distinctionis. mūdicia castitatis. mortificatio carnis. cōstantia fortitudinis. p̄seuerantia longanimitatis. p̄fatio caritatis. Primū notatur insip humerali. Scđm in alba. Terciū in cinctura. Quartū in fanone. Quintū in stola. Sextū in casula. Corpus xp̄i sumitur velatū accedentib⁹ multiplici ratione. Primo ppter meritum quantū ad bonos. qz h̄m Gregoriū. Fides nō h̄z meriti cui humana ratio p̄bet experimentū ſcđo ppter īdignitatē quantū ad malos. Exemplū.1. Re.6. ð bethsamitis qui p̄cussi sunt qn archam dñi videſt. Tercio ppter imbecillitatē quantū ad omnes. Non em̄ possemus videre claritatem corporis xp̄i fz

Sextus

glorificati. Exemplum de Moysé in cuius faciem non poterant filii israel intendere quoniam resplenduit. Quarto propter vitandum horrorem crudelitatis. Si Christi carnem dentibus attricaremus Tres sunt cause quare laycas non datur istud sacramentum sub duplice specie. Prima est quod possent credere quod totus Christus non esset sub utraque specie. Secunda propter periculum quod de facili posset effundi sanguis. Tercia ut veritas responderet vobis. quia in lege nihil habebant etiam offerentes de libamine.

De abstinentia a communione. Ca. xv.

Abstinenter quidam a communione propter culpam propriaam. et aliqui sine culpa mortaliter. Sed propter sacramenti reverentiam sicut qui sentiunt se minus moidos mente vel carne. vel etiam indeuotos. Et isti bene faciunt dummodo prout sine aliorum scandalo et iuste suspedere. Unde ubi non instat necessitas consilendum est talibus ut de communione expectent quousque parati et de uoti ac circumspecti accedere possint. Nulla tamen necessitas debet compellere. ut aliquis in peccato mortali scienter communiceat. Peccatum facit indignum communione tribus modis. Aut in habitu quoniam quis accedit non contritus de peccato posterito et in confessus. Aut in actu ut quoniam immutata forma sacramenti. et irreuerenter ipsum tractat. Aut in proposito ut quoniam hanc voluntatem peccandi in futuro. Potest etiam propter reverentiam sacramenti excluso fieri a communione tripliciter. Primo propter reverentiam sacramenti exteriores. sic excludit pollutio et immundicia corporis. Secundo propter reverentiam rei contente subformis. sic excludit defectus iudicii et rationis in priuis et ametibus. Tertio propter rei significatio. et ueritatis corporis misericordia sic excludit vinculum interdicti vel suspensionis vel excommunicacionis etiam iniuste. Sic igitur pro sola reverentia sine omni culpa excluduntur multi a communione. Hoc primo patet in priuis. qui tamen si sunt propter etatem adultam scilicet 10. annorum vel 12. et apparet in eis signa reverentie et discrecordia possunt sumere alias non. Idem patet in furiosis qui excludunt sine culpa. qui tamen communicare prout quoniam habent dilucida interualla. Item cum quis habet luto las manus licet hoc sit sine culpa cum pro sola reverentia non debet tangere corpus Christi. Tria genera hominum excludebantur in lege ab eius agnisi. scilicet in circuncisio qui signant eos qui accedunt ad communionem irreverenter. Reg. 6. legitur quod percussus est oza quod tetigit archam domini. Ita aligenigene hi signant infideles. de talium communione de in Gen. 37. Fera pessima deuorauit filium meum ioseph. Item immundi qui signant hinc mortale peccatum. De his ait prophetia. Nundamini

Liber

qui fertis vasa domini De his tribus nota versus. Indigne sumis
si non sumis reverenter. Vel non catholicæ vel habens mortale sci-
enter. Qui non comunicant suo tpe multa mala incurrit. Primo
quia multiplicia utilitate priuantur. De quo habes supra i effectu
eucharistie. Si enim ratab saluata est quod suscepit nuntios domini. Mul-
to fortius qui ipsum christum suscepit. Secundo quia constitutio eulie
transgreditur. Statuit enim ecclesia quod qui non communicat in pascha
vivens ab ingressu ecclesie arteatur. et moriens ecclesiastica ca-
reat sepultura. Tercio quod maledictionem incurrit. Ecclesies. Ve-
soli quod si ceciderit non habet subleu ante se. Sed unus solus est qui christum
non habet. Quarto quod vices deo non rependit Aug. Vereundum
est illi hospitium denegare qui solet omnem pulsantem admit-
tere. Quinto quia vires spirituales perdit Quilibet enim qui est sine
mortali peccato est membrum corporis mystici. Membrum autem
debet sustentari alimento corporis Christi veri. Alioquin ef-
ficietur aridum. sicut et membrorum corporeum ad quod non trans-
mittitur corporalis tibi nutrimentum.

De officio missæ Capitulum. xvi.

Proprietas plurimas habet missa. Primo quia celebratur a ieumis. Secundo quia tamen in ecclesia. et super
altare. misa propter causam quicquid fiat subtentorio. vel in
aliquo loco honesto. Tercio quia oportet celebrantem esse sacer-
dotem. Quartu quia oportet eundem indutum esse sacris vestibus.
Quinto quia tammodo fit in die et non in nocte misa in nativitate
domini. Sexto quod semper celebratur accenso lumine. etiam si mille soles
lucarent super terram. Septimo quia ibi sonant verba diuina et
angelica et humana. Diuina quidem quoniam dicitur vel cantatur. Pater
noster. Et leguntur verba domini in euangelio. Angelica vero quoniam
cantatur. Gloria in excelsis. Humana autem sicut sunt in collectis
et aliis hymnis. Octauo quia audiuntur ibi tria nobiliora yde-
mata que mundus habet. scilicet ebraicu ut ibi sabaoth et osanna
Item grecu ut cum dicitur kyrie eleison. Item latinum ut in aliis
que sunt ibi. Non quia missa suo modo tam plena est misse-
riis. sicut mare guttis. sicut sol aethomis. sicut firmamentum stellæ
et sicut celum empyreum angelis. Decimo quia sacerdotes in
solentibus ecclesiis habent in missa sua plures ministros. scilicet
dyaconum. subdyaconum. acolitos. In presentia tante maiesta-
tis. Unde decimo quod angelis existentibus sufficit in presentia tante
maiestatis esse scolares. Duodecimo quia ibi est deus celi et terre
Officium missæ moxoliter est ita Introitus signat inchoationes

Sextus

boni. Q[uod] autem introitus duplicatur signat quod in nostra incep[ti]o[n]e debemus declinare a malo et facere bonum. Kyrie eleison quod nouem vicibus variatur signat invocationes misericordie dei. Quia nouem modis indigemus. Primo tribus modis quantu[m] ad remissionem peccatorum que petrauimus corde ore et opere. Secundo tribus modis quantu[m] ad gratie collationem scilicet fidei spei et caritatis. Tercio tribus modis quantu[m] ad glorificationem qua gaudemus supra nos in deo. et intra nos de nobis. et iuxta nos in primo. Gloria in excelsum signat gratiarum actionem. Collecta deuotam signat orationem. Epistola et Euangelium signant noue et veteris legis obseruationes. Graduale et Alleluia notant vite attive et contemplative perfectionem. Offertorium tribulati spiritus sacrificium. Secreta signat statum vie. Prefatio statum patrie. Sanctus Sanctus Sanctus signat exultationem angelorum presentium. Canon transitum membrorum in corpus Christi mysticum. Pater noster notat filiationem per gratiam. Agnus dei liberationes per gratiam diuinam. Triplicatur autem agnus dei ut liberemur a preteritis malis pastibus et futuris. Complenda boni operis signat consumationem. Circa quedam alia que sunt in missa. Nota significacione allegoricam. Intelligimus enim per altare crucem. per calicem sepulcrum. per patenam lapidem super positum. per corporale syndonem in qua corpus Christi fuit inuolutum. Nota quod licet omnes misse sint eque bone quantu[m] ad opus operatum cum in omnibus sit idem Christus multum tamen differunt quantum ad opus operans. Vnde melius est audire missam boni sacerdotis quam mali. sicut in mensa corporali eundem cibum iocundius accipimus a mundomastro quam immundo. Nota quod piculosum est si celebret cecutiens. vel manus habens tremulas. aut caducum morbum. aut delyrus. aut nimis ydeota. Vnde talibus inungendum est quod abstineant a misse. Pretere rea quoniam aliquis bis celebratus est sicut sacerdos non debet sumere ablutiones in missa priori. Alioquin ad secundam missam accederet non ieiunus.

De negligentia in missa

Ca. xvii.

Non per negligentiam euenerit quod plecto canone. nec vino nec aqua reperiatur in calice. statim debet infundi utrumque et sacerdos iterabit consecrationem ab illo loco. Simili modo et perficiet usque in fine. ita tamen ut dimittat duas cruces que fieri singulariter super hostiam consueverunt. Vnde melius potest die quod aliam hostiam sumat. et canone a principio incipiat. Quod si de simplici vino vel aqua fuerit consecratio facta vino reputabitur.

Liber

pro sacramento sed aqua nō. Si quid ceciderit de sanguine sup
corpore. vel sup pallam altaris. vel sup albam. vel calicez pars
illa rescindatur. et in loco reliquaz seruetur. prius tñ extraha
tur sacramentū quantū poterit et sumatur. Deinde abluitur et
illa ablutio iterū sumatur. Si vero sup terram lapide vel lignū
cecidet lingendus vel extergendus vel radendus ē locus ille.
et puluis ille in loco sacro reseruetur. Porro si in ipm sanguinē
musca vel aranea ceciderit. vel tale aliquid qd vix sine vomitu
vel piculo mortis sumi potest profundatur et lauetur quanto pē
cautus in calcem. et hanc ablutionem sumat sacerdos. Sed mu
sca siue aranea sup pisemam cremetur. Qd si de corpore xpi sup
pallam altaris ceciderit. vel sup aliud vestimentū non incedat.
sed vmo abluitur et a ministro sumatur. Si infirm⁹ corpus dñi
reiciat suscipiat prout diligentius potest et sumatur.

De sacramento penitencie Ca. xviii.

Penitencia est ut ait Ambro. Preterita mala plangere.
et plangenda iterum non omittere. Item Greg⁹. Penitē
est an acta peccata flere. et iterum flenda non omittere
Circa predictas diffimicēes nota qd quedā diffimicēes dant
p essentiā. ut homo est animal rōnalis. Quedam p causam ut
dies est sol lucens. Diffimicēo autē penitencie data est p causam
nō p essentiā. Verunt̄ penitencia diffimē p duplīcē actū
Unū qui est respectu preteriti. scz preterita mala plangere. Alter
rum respectu futuri. scz plangenda nō omittere. et p̄mus actus
est in re vel in p̄posito. Penitencia duplex est. Quedam interiorē
tm̄. et hoc de iure naturali. Quedā exteriorē que fit ad arbitrium
hominis. Prima nō est sacramentū p̄prie. Secunda vero sacra
mentū est. Non em̄ penitencia p se suscep̄ta dicit̄ p̄prie sacramē
tū ecclesie cū talis etiā an baptismū fieri possit. Sz penitencia
miūda p mīstros ecclesie sacramentū est. Notandū qd qd lugere
p peccatis p̄priis est actus penitencie. Sed lugere p malis alterius
vtutis est et misericordia. Lugere vero p bonis eternis est actus ter
tius beatitudinis. de qua dicit̄ Math. 5. Beati qui lugent. De
duracē penitencie sciendū qd exteriorē nō optet esse ppetuam.
sed circa interiorē distinguunt̄. Est em̄ p̄nia interiorē habitu. et h
dū ē ppetua. Aliā ē h̄m actū et hanc nō optet ē ppetuā. Semp
em̄ tenet̄ quis ad interiorē p̄nias qua vellit nō peccasse. et vult
de cetero nō peccare. Sed ad exteriorē non semp̄ tenet̄ penitenciā.
Preterea alius est dolor rōnalis qui est peccati detestatio. Alius
est sensibilis qui est passio. Et p̄mus semper dolor debet esse in

Sextus

penitentia. Secundus non est de necessitate. Item quoniam homo nunquam sit certus de peccati remissione. tñ ppter hoc non optet esse penitentiā exterioř ppetuam. quia non exigitur in talibus certitudo sciencie Sed sufficit certitudo conjecture probablis. vt ē qñ fecit homo probabiliter quod fuit ex parte sua delendo confitendo satissimē cœiendo. Cum in omni sacramento nove leges sit alia materia visibilis elementi que sit signū & causa grē Dportet etiā in sacramento ecclesie. scz penitentie ita esse. Sed tunc materia sensibilis large accipitur pro omni re. siue res illa sit exterioř substancia. siue actio humana. Vnde h̄m hoc in penitentia put est sacramentū sunt res & verba Verba quippe sunt in confessione & absolutione Res aut̄ est ipsa ratio humana. Ad intelligendū ista plenius nota q̄ sicut in medicinis corporalibus Quedam cōsistunt in sola passione curati. vt est sedatio vulneris Quedam vero in actione eiusdē. vt est exercitatio corporis. Ita in sacra n̄is quedā cōsistunt in passione eius qui sanctificat & nō in actione nisi p accidens vt bapt̄mus cōfirmatio eucharistia extrema vndio ordo. Quedā cōsistunt essentialiter in actu ipsius qui sanctificat ut alia duo sacramenta scz p̄nia & matrimonium. In primis ergo que sine actu nostro opantur requiri exteroř materia que signat et causat rem sacramenti. In aliis vero ipse actus noster est pro materia sensibili. Ex predictis patere potest q̄ qddaz est hic sacramentum tñ ut actus penitentis exterior. Quoddaz est res tñ ut remissio peccatorum. Qddaz res & sacramentum ut contritio interior.

De qualitate penitentie

Ca. xix.

Est penitentia quedam vera Aug⁹. Penitentia vera est penitenda nō admittere. & dimissa deflere. Quedam est falsa. Vsidorus. Irrisiō est & nō penitens q̄ adhuc agit quod penituit. Quedam est coacta Ps. Conuersus sum in erū pna mea dum configit sp̄ma. Quedā est sera Aug⁹. si tunc penites qñ peccare nō potes peccata te dimiserūt non tu illa. Quedam est iniqua Math. Judas penitentia ductus laqueo se suspedit. Quedam est desperata Sapiens. Per angustia spiritus gementes intra se sapienciā agentes. Quedam sancta & meritoria Bern. O felix penitentiū humilitas O bona spes confidentiū q̄ facile vincis inimicibilem. q̄cito tremendū iudicem conuerit in piissimum patrem. Penitentia debet esse amara Diere. 6. Planctum vnguenti fac tibi. Voluntaria Aug⁹. Cum gaudio debet facere immortalis futurus quecumq; faceret pro differenda morte

Liber

moriturus. Perfecta Aug⁹. Nulla penitencia est sera dummodo
est vera. Accelerata Ecclesiastici. 5. Ne tardas duerti ad dominum.
Hieron⁹. Nauicule herenti in salo fune potius precide quam solue
fortis Hieron⁹. Per calcatum perge prem. Perseueras Cant.
Lani pedes meos quoniam. Item iter spuale debet esse cum christo
semper victuro non cum lazaro morituro. Penitentia debet esse prom
pta et non dum dilata. Primo quod dum expectamur. Unde Ilsa. 5.
Expectauimus ut faceret uias et fecit labrutas. Secundo quia ad
magna vocamur Gen. 15. Ego ero merces tua magna nimis.
Tertio ne ab etermis nuptiis excludamur sicut fatus factum est
virginibus que differebat preparare se Matth. 25. Quartu ne
ab hostibus impedihamur. sicut filii israel a pharaone ne egre
dientur de egypto. ut habet in Exo. Quinto quia relinquere
peccatum etiam penitus compellimur Grego. Contempnendus
esset hic mundus etiam si rebus prosperis abundaret ac cum tot
aduersitatibus animum pulsat cum tot calamitates ingemimat
quid aliud quam ut non ametur clamat. Sexto ne blandis sedu
camur. sicut avis per fistulam aucupis. et sicut pisces per estam
in hamo. et sicut versus per mel. Septimo ne morte preueniamur.
Gregorius. Nihil certius morte et nihil incertius hora mortis.
Octavo ne consuetudine teneamur sicut arbor de facili non euellit
bitur cum bene radicatur. Hiere. Si potest ethiops mutare pel
lem suam et vos. Ad agendum penitentiaz mouent quatuor.
de quibus Bern. Nimis durus est cor quod non emolliunt benefi
cia. nec terrent supplicia. nec allicit promissa. nec castigant fla
gella. Impedimenta penitentie sunt hec pusillanimitas aggressio
diendi. Tales sunt sic umbraticus equus qui a trunko vel um
bra terretur pudor confundi. sed sicut dicit Aug⁹. Verecum dia
confessionis magna pars est satisfactionis. Horror satisfaciendi
Contra hoc aplaus. Quod in presenti momentaneum et leue tribula
tionis est eternum glorie pondus in nobis operatur. Delecta
tio peccandi Grego⁹. Temporale est quod delectat. eternum
vero quod cruciat. Spes domini vivendi. Sed dominus dicit quod securis
iam ad radicem arboris posita est. Desperatio gratiam obtinendi
Contra dicit Ezechiel. 18. Quacunq; hora peccator ingemuerit
omniu; peccatorum. Timor recidivandi Aug⁹. Qui cecidi erexit
me. quoniam steti tenuit me. quoniam iuri duxit me. ita loquitur de domino
Exemplum delinquendi. Sed stultus est qui videt aliquem ea
dentem si non sit in eodem loco cautior. Consuetudo peccandi.
sic balan; disuets modis non curauit quod alma loquebatur nulli. 22

Sextus

Considētia de dei misericordia ipsum qn penituerit recipiendi sed hoc est peccare in spem Greg⁹. Misericordiam dei debemus erubescere iusticiam eius nolumus formidare.

De effectu penitentie. Capitulum. xx.

Per penitentiā solvit homo a peccatis. restituīt ecclesie. reconciliatur xp̄o. donis spūalibus ditatur de filio dyaboli filius dei efficit. paradisus ap̄itur. Nec est que angelos letificat impium iustificat. amissa bona reuocat. pena eternam vitat. Item penitentia est sc̄da tabula post naufragiū ad quā peccator potest recurrere q̄dū est i statu p̄ntis vīte q̄ntūq; et q̄tiensq; dñm clementiā voluerit iploare. Duplex em̄ ē naufragiū sc̄z peccati originalis & peccati actualis. Sed de p̄mo liberemur per tabulā baptismi que virtutē & efficaciam accepit tabulā a tabula crucis xp̄i. De sc̄do autē liberamur p̄ pnie quā diuina clementia puidit homini. qz pro peccato actuali nō pot̄ iter baptizari. Nota ergo q̄ a reatu peccati liberamur p̄ grām a sequelis autē peccatorū per penitentiā et per partes penitentie. A misera vero p̄ gloriam. Nota qualiter opa mortificata reuiniscant. qz licet verū sit q̄ a priuatione ad habitū non fit regresus in vita naturali. non tñ verū est in vita m̄ceali. Nam a priuatione ad habitum voluntarius est egressus. sc̄z a morte culpe ad vitam gratie. Vnde notandum q̄ sicut peccata actualia transfeunt actu & remament reatu ita bona opa tñseunt actu & remanent merito. Sedm autē q̄ manent dicunt vinificari et mortificari. Bona igit̄ opa q̄dū diuina radici merendi dicunt viue qn aut ab illa separantur dicunt mori. qn reuertunt dicunt viuificari. qz redeunt ad statum sue originis sc̄z caritatis. quia & valent ad maiorem radicationem caritatis.

De ptibus penitēcie in communi. Ca. xxi

Partes penitentie integrales sunt tres. sc̄z atritio & confessio & satisfactio. Quāvis em̄ cōplementū peccati possit esse in actu cordis solius. vel cordis & oīis simul. vel trium simul. tñ ad perfectionē penitentie exigit̄ hoz̄ triū aggregatio licet adesse simplex sufficiat atritio in actu & confessio et satisfactio in p̄posito. Non em̄ exigit̄ in his que habent esse successiū q̄ partes integras sint simul. sed exigit̄ in toto q̄ habz esse per manens. Qz autē tres sint p̄tes penitentie sic ostendit̄. Penitentia em̄ est quoddā spontaneū iudicū in quo atritio est quasi quidam citatio. ubi sequit̄ rei apud iudicem spontanea confessio. Deinde sequitur emende per iudicem imposita solutio. Sed in

Liber

hoc differt iudicium fori a iudicio poli. quia ibi confessus in iure
addegnatur hic absoluuntur. Alio sufficiencia istarum partium. quia
cum omne peccatum dimittatur corde. ore. vel ope. iustum est ut
ista eurent per contrarium scilicet ut peccator culpam animo detestetur
verbo acuseat et facio puniet. Itz p peccatum offendit homo deum
ecclesiam et seipsum. sed p contritione reconciliat homo deo. per
confessionem ecclesie. p satisfactione sibi. Item ille tres partes pe-
nitentie tres sunt dite quibus itur in terram promissionis. de quibus Ego.
Ibim⁹ viā triū diez. Et ille tres ptes vivificant mortales tres mo-
tuos. qz dñs suscitavit. qz p contritione suscitata puella in domo
p confessione inuenis in porta. p satisfactione lazarus de sepulcro.

De contritione. Capitulum. xii

Ontritio est dolere voluntarie assumptus p peccatis cum
posito fitendi et satisfaciendi. Nec dissimilatio magistralis est. et ponitur ibi dolere pro genere voluntarie assumpto
ponitur ad differentiam dolores naturalis qui non est meritorius
cum non sit in genere mortis. sed voluntas eius ponitur in genere mortali
p peccatis ponitur pro materia dolorum ad drām dolorum inuidie qui
est de bono alieno. Sic ergo dissimilatio attritio potest actus virtutis
sed potest est pars pnie sacramenti optet quod aliquid in operatione
ad alias partes addatur. et ideo ponitur cum posito fitendi et sa-
tisfaciendi. Nota quod cor dicit durum quoniam diuine inspiratione se
tangenti non cedit. sed obuiat in affectu peccati demorando. Fra-
gi vero dicit quoniam impedit posito peccandi resipiscere. licet non
dum totaliter auertatur. Conteri autem dicit quoniam voluntas perfecte
ab effectu peccati resilit. In contritione duplex est dolere. Onus
est voluntatis qui non est aliud quam peccati displicentia. Alius est
sensibilis. Primus est de essentia attritionis. et de hoc dolore in-
telligitur illud Hieron. 6. Luctu virginem fac tibi. quod homo debet
ex ratione magis velle nunquam peccasse quam virginem suuere. Sed unus
vero dolore non requirit de attritionis necessitate sed de eius pfectio-
ne. quod talis dolore non est in nostra potestate. Nota quod contritio potest
tamen intendi quod non solum culpa sed tota pena dimittitur. Hoc at
potest fieri dupliciter. Uno modo ex parte caritatis que displicen-
tiam peccati causat quod sic patet. quod contingit tamen intendi carita-
tem in actu quod contritio inde sequitur mererbitur absolutionem ab
omni pena. Alio modo fit illud ex parte dolores sensibilis quam
voluntas in contritione excitat. quia enim ille dolore pena quedam
est tantum potest intendi quod sufficit ad deletionem culpe et penae.
Differentia est inter attritionem et contritionem sicut inter in-
forme et formatum hinc quod dicatur de fide informi et formatata. Ut p-

Sextus

aūt attritio fiat contritio distinguendum est. quia attritio dicit
cū gratia tritio. hoc aūt potest esse duplieiter Uno modo p con-
comitantiam. quia gratia associatur motui existenti in anima
et illū informat qmūis non eliciat. Alio modo p causam ita q
motus a gratia eliciatur. Primo modo attritio fit contritio. qz
actus ille simplex manens in anima formatur adueniente grā
sicut color adueniente luce. Secō modo impossibile est q attri-
tio fiat contritio. Si querit qmūi quis de peccato dolere debeat
Rūdeo q sicut dicit Hugo de sancto victore. Deus qn̄ absolu-
uit hominem a vinculo peccati ligat eū vinculo ppetue detesta-
tionis. Sed detestatio peccati ppetua duplex est. Quedam est in
habitu ad q homo semp tenetur etiam post pfectam peccati re-
missionem. de qua dicit Aug⁹. loquens de penitente. Semp in
quit doleat et de dolore gaudeat et non semper doleat.
Alia est detestatio etiā in actu ad hanc nō tenetur homo semp
Sciendū qdāmī et beatī et hi qui sunt in purgatorio non
habent contritionē prie huius hec est ratio. qz in contritione prie
sumpta tria sunt. scz gratia dolor et effectus meriti satissimenter
In beatis aūt non est dolor. In damnatis vero non est gratia.
Et hi qui sunt in purgatorio non merentur.

De confessione Capitulum xxiii.

QConfessio est ut ait Aug⁹. per quez mōbus latens spe
venie aperitur. Hec est confessio sacramentalis que est
pars penitentie que conuenienter describitur et per ma-
teriam que est peccatum. et p actum qui est apire et p finem qui
est spes venie. Duplex est confessio. Quedam est mentalis que
fit deo. et hec est de iure naturali. Quedam est vocalis que fit ho-
mmi. et hec non est de iure naturali. Igitur ante incarnationē
xpi sufficiebat confessio mentalis. quia deus nondū erat homo
sed postq factus est homo debet confessio fieri homini viceario xpi
In hoc em q ministris sacramentorum dedit potestatem ligan-
di et soluendi insinuavit confessionē eis tanq iudicibus debere
fieri. Sic ergo christus confessionem instituit tacite sed apostoli
promulgauerunt expresse. Quanvis igitur in contritione di-
mittatur peccatum tamē confessio vocalis est necessaria vel iure
quando habetur oportunitas vel in proposito quando eam ar-
ticulus necessitatis excludit et non contemptus religionis. Et
ista necessitas confitendi post contritionem non est in tali casu
propter necessitatem remedii cum peccatum iam dimissum sit.
sed propter obligationem precepti x. Confessio enim et

Liber

Satissatio necessaria est nō solum ppter reconciliatiōē in iudicio
dei sed etiā in iudicio ecclesie. Quas circūstancias teneamur dī-
teri Nota q̄ circūstanciaz quedā sunt trahentes in aliud genus
peccati. vt coire cū muliere diligata & has tenet homo confiteri.
Quedā sunt agrauantes in eadē specie. & hazz quedā sūt agrau-
antes nō notabiliter sicut sciencia et hīdī has nō tenet quis
confiteri. qz sunt quasi remalia peccata. Quedā sunt agrauantes no-
tabiliter & has hīm quosdam optet dīteri. Non em sufficit illi q̄
centū marcas de alieno habuit dicere. Ego accepi alienuz cum
hoc posset verificari si accepisset tñ vnum denariū. Scdm alios
dūmūs sed nō tutius opinantes nō optet. Que aut̄ sint circū-
stancie agrauantes peccati notant̄ in his versibus. Agrauat
ordo locut̄ mōra causa sciencia tps. Lucta pusilla modus culpe
genus & status altus. Conditiō numerus etas & scādala sex⁹
Qmūis peccata alicuius nota sint sacerdoti. tñ oportet ea dīteri
qz nō sunt ei nota vt iudici. Qm̄dī possit aliquis differre dīfes-
sionem due opinione. Quidam em dīcūt q̄ peccator tenetur
dīteri statim habita oportunitate sufficienti. Alii dicunt dūmūs
q̄ cū confessio sit inter p̄cepta affirmativa nō obligat nisi
pro loco et tpe. Ecclesia aut̄ determinauit in decretali q̄ homo
dīteatur semel in anno. qz semel in anno habet quilibet de ne-
cessitate dūmūcare. In quattuor tñ casib⁹ tenet quis ante hoc
tpus confiteri. Unus rōne sacramenti. qz vult dūmūcare vel
celebrare. Alius est rōne pīculi. vt si in pīculo mortis quis essz.
Tercius est rōne dīscience. vt si dicat sibi dīscienza q̄ statim te-
neatur dīteri. Quartus rōne dubii vt si nō sperat sibi illo āno
copiam dīfessoreis occurrere quā non habet. vel si hīz casū de quo
solus papa habet absoluere et modo habet copiā penitenciarīi
dīni pape Si querit vtrum dīfessio facta in mortali valeat. dīcē-
dum q̄ dīfessio est in remediu & in p̄ceptu tū. Inquantū est in re-
mediū nō valet in mortali suscep̄ta. tñ absoluīt homo a p̄cepto
sicut etiā fīcte baptismū lūscipientes. Vtrum aut̄ dīfessio sit ite-
randa. Notandū est q̄ regulariter nullus tenet dīfessionez semel
bona fide factam amplius iterari. Sunt aut̄ quattuor casus qui
bus tenetur quis confessionem iterare. quorum duo sunt ppter
confessorem & duo propter confitentem. Prīmus est. si confessori
deficit clavis potentie eo q̄ non habet autoritatem ab illo pec-
cato absoluere Secundus si deficit in eo clavis sciencie. quia ne
scit discernere vt̄z hoc peccatum sit mortale vel remiale Ter-
tius. si confitens dimidiauit confessionem. Oportet enim

Sextus

q̄ vni fiat confessio omniū que habentur in memoria. Si vero aliqua extiderunt a memoria non ideo reputari debet confessio dimidiata. Quartus. si contempsit seu neglexit et oblitus est satisfactionū. Nam si sciret et implere vellet non oporteret confessionē iterare. Si vero aliquis cadit in peccatum postq; bona fide fecit confessionem. questio est utrum teneatur confessio nem prius factam iterum iterare et est opinio communior q; non in specie sed in genere. licet aliter quidem dicant. Nota q; confessio facta per nuncium vel per eplam licet sit quoddam opus bonum et meritum. tñ inquantū est pars sacramenti nō potest sic fieri. q; determinatam habet materiam scz actum sermonis quo conscientia hominis manifestari consuevit. unde sine necessitate non licet aliter confiteri. In necessitate vero potest defectus per actuz equivalentem impleri ic.

De qualitate et effectu confessōis. Ca. xxiii.

Qualis debet esse confessio notatur in his verbis. Sit simplex humilis confessio pura fidelis. Vera frequens nuda discreta libens verecunda. Integra secreta lacrimabilis accelerata. Fortis et accusans. et sit parere pata. Ad multa valet confessio. A morte liberat. quia sicut confessus in foro contentiouso damnatur. sic in spūali liberatur. Deum homini manifestat Aug9. Si nollem confiteri non me tibi absconderem. sed te mihi. Vulnera mentis sanat Hieronim⁹. Vulnerus non intellectum tardius sanatur. Paradisum aperit Aug9. O breue verbum peccauī quod portas aperit paradiſi. Exemplum in latrone dextro Luce. 23 Peccatum tegit. Vnde quedam glosa. Si homo detegit deus tegit. Animam diuinam emollit. glosa super illud. Delictum meū cognitum tibi feti. Si homo agnoscit de⁹ ignoscit. Animum iocundat Ps. In vox exultationis et confessoris sonus epulatis. Intercessores multiplicat. Sacerdotes emerant pro suis confessis. Conscientiam mundat Aug9. Confessando fit homo de fido pulcer. Fidus dyaboli rumpit. Sicut cu aliquis secretum alterius detegit. Deo coniungit Aug9. Quid p̄pis auribus tuis q; cor diftens et vita que ex fide est. In via salutis dirigit Proh. Qui abscondit scelera sua non dirigetur. ergo econuerso peccatum delet Ps. Dixi confitebor aduersus me iniusti. meam. Satisfactionem supplet. Glosa super Math. Jubemur confiteri peccata ut erubesciem patiamur per pena. Malum precauet. Exemplum de dente putredo qui extrahitur ne ali putrescant.

Liber

T^ui debeat fieri confessio

Ca xxv.

Dentaliter teneas q^{uod} confessio debet fieri sacerdoti habenti claves que sunt scientia discernendi & p^{otes}tis ligandi & soluendi. Sciendo autem q^{uod} sicut baptismus est sacramentum necessitatis ita penitencia. Vnde sicut baptismus duplice hz minister, unu cui baptizare appetit ex officio scz sacerdoti alius cui committitur dispensatio baptismi ratione necessitatis. Ita & minister penitentie duplex est. Unus cui confessio fit ex officio sicut est sacerdos. Alius autem est qui audiendo confessionem vice supplere potest sacerdotis in necessitate ut est laycus. Dicunt tamen aliqui q^{uod} cu deest copia sacerdotis non oportet layco affteri sed sufficit soli deo. Quanquam omnes sacerdotes claves habeant, non tamen omnes possunt ligare & soluere, sicut excommunicati, suspensi & heretici dampnati. Non autem est hoc propter defectum ordinis sed q^{uod} non habent materiam, scz subditos qui auferunt eis cu excommunicantur. Possunt tamen tales baptizare, q^{uod} hoc est sacramentum necessitatis. Possunt q^{uod} tales eucharistiam secrare, q^{uod} hoc substantia liter adheret ordinis. Ligare autem & soluere adheret accidentaliter ordinis dicendum etiam q^{uod} nullus potest absoluere diftentes nisi sacerdos proprius, sed proprius sacerdos dicit sex modis. Primo ipse pastor ecclesie, secundo per determinationem superioris ut vicarius, tertio pro privilegiu quibusdam indultu, ut sunt fratres predicatorum & minores, quarto pro licenciam proprii sacerdotis non tamen licentientur nisi discreti honesti et noti. Quinto propter necessitatem, q^{uod} instante mortis articulo qualibet sacerdos potest absoluere. Et perigrimi absoluunt ab illis apud quos sunt, ergo propter defectum sui sacerdotis q^{uod} scz est ydeota vel proditor confessionis, vel solet diftentes mulieres peccari. Tunc enim si non inuenit aliquem qui auditoitatem habeat efficaciter sacerdos proprius non qualibet, h^{oc} dicretus & qui est notus vel ex ordine vel ex persona.

D^e sigillo confessionis Capitulum. xxvi

Allaque gerunt exterius in sacramentis sunt signa rerum, eorumque interius attingunt. Et ideo confessio q^{uod} quis sacerdoti se subiicit signum est interioris qua quis subiicit deo. Deus autem peccatum illius qui se sibi subiicit per penitentiam regit. Vnde oportet de necessitate sacramenti q^{uod} sacerdos confessionem colet. Sunt & aliae huius relationis utilitates, q^{uod} per hoc homines magis ad confessionem attrahuntur. Simpliciter peccata diftentur. Sacerdos etiam non solum debet celare peccatum quod in confessione recipit, h^{oc} etiam illa omnia pro que posset peccator vel peccatum reprehendit.

Sextus

Potest autem penitens facere ut illud quod sacerdos propter confessionem sibi factam sciebat ut deus. sciat etiam ut homo. Et hoc facit dum licenciat eum ad dicendum. et ideo si dicat non frangit sigillum confessionis. Si autem queritur utrum id quod scit sacerdos per confessionem et scit alio modo possit reuelare. super hoc diversae sunt opiniones sed hoc est verius quod siue sacerdos sciat illud peccatum ante confessionem sibi factam siue post non tenetur celare quantum ad illud quod scit ut homo. Nota quod iste modus dicendi dicitur in confessione non claudit tale dictum sigillum confessionis quod non seruatur ibi forma confessionis.

De satisfactione.

Ca. xxvii.

Non in bello restituta amicitia non statim remittitur debitum dampni illati ita post remissionem culpe in atrione remanet debitum pene satisfactorie. Iniungit autem sacerdos quedam ad satisfactionis fundamentum sicut abstinere a peccato et restituere ablata. Quedam iniungit ad satisfactionis expeditos ut est vitare consortia malorum. Quedam iniungit ad substancialia satisfactionis. ut ieiunare vigilare dare elemosinam peregrinari et huiusmodi opera penalia. Quedam iniungit ad perfectionem et secunditatem satisfactionis. ut sunt opera super erogationis. Satisfactione debet culpe respondere in tribus. scilicet in numero. Ps. Lauabo per singulos noctes lectum meum lacrimam. meis stra. me. riga. In pondera Augustini. Libenter debet facere immortalis futurus quecumque faceret pro differenda morte moriturus. In mensura. Gregorius. Tanto tempore debet in penitentia esse quanto fuit in culpa. Ista tria requiruntur in penitentia secundum convenientiam. non secundum necessitatem.

De partibus eius in communi. Ca. xxviii.

Ad satisfactionis quedam partes sunt principales. scilicet ordo ieiunium elemosina. Quedam vero sunt secundarie que ad has reducuntur. ut vigilie peregrinaciones et discipline. Dicendum igitur quod opera omnia carnem afflignantia reducuntur ad ieiunium. Omnia vero opera spualia ad orationem. Omnia autem opera misericordie ad elemosinam. Sufficientia partium principalium potest accipi respectu termini a quo est mortus satisfactionis. quia per ieiunium revocamus a concupiscentia carnis. per elemosinam a concupiscentia oculorum. per orationem a superbia vite. Alio modo sumitur sufficientia ex ista parte termini ad quem. quia per ieiunium bene ordinatus homo

Liber

in seipso. p elemosinā ad p̄imū. p orationē ad dēū. Tercio sumit̄ hec sufficiētia ex parte materie de qua fit satissatio. qz p elemosinā de bonis exterioris substācie fit satissatio. p ieūmū d̄ bonis corporis. p orationē de bonis mētis. Quarto sumit̄ hec sufficiētia ex parte modorū satissaciendi. fit em̄ satissatio tribus modis. vel p punitiōnem. vel b̄m redēptionē. vel per supplicationem P̄imū facimus ieūnando. Scdm elemosinas dando. Tercium orando. Quinto sumit̄ hec sufficiētia ex parte effectus. Per satissationē em̄ tria magna bona nobis puenūt. scz impetratio gratie. remissio pene. expurgatio reliquiarū culpe. Ad prium videt̄ valere elemosina ppter multiplicationem intercessorum. Ad secundum ieūmū. Ad tertium oratio.

De singulis partib⁹ satissfactōis. Cap. xxix.

Elemosina dupliciter potest accipi. Aut intentio ne subleuandi necessitatē p̄imi. a sic est opus misericordie. Aut intentio recompensandi pro debito offense diuine a sic est opus iusticie. Vnde primo modo pertinet ad meritum vite. Secundo modo ad meritū dimissionis pene quia elemosina sic data est p̄prie satissactoria. De ieūmio quoqz sciendum qz in carne duo sunt. Unum est natura que debet sustentari. Aliud est vicium qd debet domari. Ieūmū ergo quod naturam suat et vicium domat. bonum est et satissactorium. aliud vero non. Oratio dupliciter habet fieri. Aut pro impetratiōne bñorum et sic est pars contemplatiōnis. Aut pro amotione malorum. a sic est proprie pars satissactiōnis.

De iustificatione impū. Capitulum. xxx.

Iustificatio est motus ab instance ad iusticiam. In iustificatione impū quatuor requiruntur. scz motus liberi arbitrii. a contritio. a infusio gratie. et remissio culpe. horum prima duo sunt ex parte suscipientis. Alia vero duo ex parte agentis. Predicta quatuor sunt simul tempore. non natura. Prioritas autem a posterioritas que b̄m ordinem nature est reducitur aliquo modo ad ordinē cause a causati. Inter ista videtur hic ordo causalitatis esse. Causaliter enim motus liberi arbitrii prior est aliis tribus quia requiritur consensus voluntatis in huiusmodi mutatione. Voluntas autem et liberum arbitrium sumuntur hic pro eodem. Propterea motus iste appellatur motus liberi arbitrii. Ille quoqz motus liberi arbitrii que consentit deo. vt primo motori vocatur motus

Sextus

141

fidei qz habet aliquid agnitionis & aliquid affectionis sicut fides
Dicamus ergo qz motus liberi arbitrii. siue motus fidei in deū
causaliter est prior qz motus quo de peccato quis deritatur. quia
sicut in generatione peccati prior est duersio qz auersio. cū duer-
sio causet auersionem. Ita in eius destructione prior est duersio
ad deū p liberi arbitriū qz aūsio a creatura p atritionē de pccato
Quod em̄ primū est in oppositione ultimū est in resolutione Iste
vero duo motus scz liberi arbitrii et atritionis sunt priores qz
gratia infunditur qz sunt paratoria causa ut ḡra detur. Quā-
uis em̄ deus sine vlla pparatione posset impiū iustificare. tamē
requiriēt preparatio ex pte nostra. qm̄ sicut requiriēt preparatio
ex parte materie in naturali mutatione ad recipiendū formam
ita in mutatione voluntaria. & hoc nō est ex impotentia agentis
sed suscipientis. Alio est ratio quia in iustificatione peccatoris
sit introducō vnius forme & expulsio atrarie. Ideo requirun-
tur predicta duo. scz motus liberi arbitrii disponens ad gratie
susceptionē. & atritio. id discessus a peccato disponens ad culpe
expulsionē. Gratia vero prius infundit qz culpa remittat quia
per grām culpa remittitur. sicut introducō forme prior est na-
turaliter forma que expellit ex parte agentis qz illa que expel-
lenda est remoueri possit. Qualit autē iustificatio fiat in instanti
vel successione nota distinctionē. Potest em̄ iustificatio dupliciter
accipi. sicut & generatio. Uno modo vt dicat motū ad iusticiāz
cum termino eiusdem. & sic sit successione vt qn̄ succedit successio-
ua preparatio. Alio modo potest accipi vt dicat solummodo mu-
tationem sine motu. hoc modo sit iustificatio in instanti. et hoc
triplici ratione Prima quia sit virtute infinita & simplici imme-
diate. Secunda est quia sit in substancia simplici scilicet in mente.
Tertia quia ipsa forma. tam que expellitur scz culpa. tam que
introducatur. scz gratia simplex est omnis. Ad illud quod ait
Augu⁹. qz maius est iustificare impiū qz creare celum & terras
Dicendum qz maius est quantū ad id quod melius est. sed nō
quo ad modum faciendi. Quanvis in iustificatione impii fit re-
sistētia formalis scz contrarium. non tñ est ibi resistētia effe-
ctiva quo aliquid resistat agenti. scz deo cuius virtuti nihil resi-
stere potest. In iustificatione impii aliquid est ex parte dei. et
aliquid ex parte peccatoris. & aliquit ex parte ecclie. Ex parte
dei sunt duo scz misericordia qua reatu indulget & iusticia qua emē-
dam aliquantulū exigit. vel h̄ vel in purgatorio. hoc signat p

Liber

duos discipulos quos misit dñs in omnē locum quo erat ipse venturus. tunc quidem corporaliter. nunc aut̄ per gratiā spūaliter. Ex parte etiam peccatoris sūt duo. scz dolor & amor. & hec sunt due mole quibus peccatum conteritur. que h̄m legem non debent in pignore obligari dyabolo. Ex pte ecclie similiter sēt duo. Prīmū est meritū & precipue xp̄i cuius meritū est in haubile. & etiam aliorum sanctorum qui fecerunt opera multa super erogationis. que omnia sub potestate clauium sunt posita. vt quid minus in uno membro ecclie inuenitur in alio recomp̄setur. Vnde si aliquis non est membrum ecclie non influit in ipsum meritū predictum. Secundum est indulgentia quaz dat ecclie per papam & episcopos. tñ vt ipsa indulgentia tñ valeat quantū promittitur exigit auctoritas et causa scz cōmuniū vtilitas ex parte dantis. Exigitur etiam fides. formata & obedientia. hoc est absoluat illud ppter quod dat ex pte recipiēt.

De penitencia venialium. Ca. xxxi.

Penitencia est remedium institutum ad expiadum peccatum que debetur pena sensibilis que cū debeat peccato non solum mortali. sed & veniali. patet q̄ penitencia est remedium contra vtrūq;. Tamen penitencia nō est simpliciter de venialibus sed etiā de mortalibus. qz penitencia introducta est ad reconciliandum amicitiam q̄ peccati mortale tollet. Licet ergo penitencia nō sit de venialibus. simpliciter tñ erit p accedens. & hoc tribus modis. Primo rōne dubii vt qñ credūtur esse mortalia. Secundo rōne statuti vt est qñ homo qui teneatur confiteri semel in anno nō habet nisi venalia. Tertio rōne periculi vt qñ venialis delectatio ad hec perducta est q̄ nisi homo se aut̄ ab ea trahit immortale De remissione peccati venialis sciendū q̄ in duobus casib⁹ non remittit. Prīmns est si tal habeat mortale peccati. quoniam sine mortali peccato nunq̄ dividitur veniale. Licet econtra possit fieri. scz q̄ mortale dimitatur sine veniali. Cum em̄ mortale peccatum tollat caritatem que vniuersa delicta operit. constat q̄ existenti in peccato mortali nullum veniale remittitur. Secundus est qñ voluntas fixa manet in affectu alicuius p̄t̄i venialis determinati. qm̄ idem il lud tolli nō potest. & hoc multipli rōne. Prīma est qz om̄e peccatum remissio īdiget quo ad duo. scz quo ad culpam & quo ad penam. sed nō potest esse remissio scd̄a siue prima. qz quamdiu homo culpam habet debitor est pene. Culpa aut̄ in deordinatione voluntatis dissit. Vnde voluntas sic manēs redimari

Sextus

non potest. alioquin duo opposita simul essent in eodem. Alia est ratio. quia manente causa non potest tolli effectus. Sed voluntas coordinata ad aliquid est causa peccati venialis. Unde manente voluntate fixa in illo non remittitur ipsum peccatum veniale. Scinditur etiam est quod unum peccatum veniale potest remitti sine altero quia peccatum mortale quod maiorem est adherentie potest sine veniali. Alia ratio est quod peccatum mortale ita deo duplice quod facit etiam ipsum peccante dispergere deo. sed veniale quantum deo disponit ut cum coordinatum sit. non tamen facit ipsum peccante deo dispergere. quia non primatur gratia sed obnubilat in quantitate eius pressus impeditur ad exteriora. et propter hoc unum veniale non impedit quin aliud remitti possit. Tercia ratio est quod venialia non habent connexionem ad iniuriam nec ex parte auersio nisi. quod non auertunt a summo bono. nec ex parte duessionis Ideo unum remitti potest sine alio. Non vero sic est de mortalibus. ubi unum non dimittitur sine alio. quia mortalia connexionem habent ad iniuriam ex parte auersio nisi. quodlibet enim mortale auertit a deo licet non habeant connexionem ex parte conversionis. non potest tamen unum remitti sine alio. Ex predictis collige quod aliter se habent ad iniuriam venialia. et aliter mortalia. et aliter mortalia ad venialia. Mortalia enim sic se habent quod unum non dimittitur sine alio. Venialia sic se habent ad iniuriam quod unum dimittitur sine alio. Mortalia atque sic se habent ad venialia quod remitti potest mortale sine veniali. sed non veniali sine mortali. Cuius duplex est ratio. Prima est quod mortale et veniale se habent sicut habitus et dispositio. sed sub lato habitu potest manere dispositio. et non econuerso. Secunda ratio est quod mortale opponit caritati. Veniale autem seruari eius. sed sub lata caritate tollit et seruor ei. et non econuerso.

Per quid dimittatur peccatum veniale Capitulum. xxii.

Habitu peccati venialis remissionem non exigit nouus caritas habitus. sed sufficit nouus motus. quia peccatum veniale non tollebat virtutis habitus sed impediabat ipsius actu. Nota quod peccatum veniale non dimittitur sine contritione. Cuius habet ratio. quod quadiu manet voluntas in aliquo veniali nunquam dimittitur. Sed voluntate auertere ab eo quod quis prius volebat est dispergere ei quod volebat. Talis autem dispergentia dolor contritus dicitur. Sed sciendum est quod contritus potest accipi tripliciter. vel in habitu vel in actu. vel medio modo. Contritus in habitu non sufficit ad peccati venialis dimissionez. quia tunc quicunq; habet ret

Tiber

per intentionem virtutis habitum non possit habere veniale peccatum
et sic veniale peccatum non posset esse cum gratia. Contrito in actu non
semper requiritur quod sequeretur quod peccatum quod quis in memoria non habet
remitte non posset. propter hoc requiritur contrito modo scilicet ut
peccatum displiceat actualiter. vel explicite vel implicite. Dico autem
implicite quod talis actus sufficit. quod displiceret explicite peccatum veniale
si cogitatio ferret ad illud. Notandum etiam quod tam seruens potest
esse motus caritatis in deum quod oia venialia peccata assumunt etiam
sine actuali cogitatione ipsorum. quod quoniam quis seruenter fert in deum
displicet ei omne quod a deo retardat. et ita licet explicite de peccato
veniali non cogitat. tamen in illo motu continetur implicite displicere
tia peccati venialis vel unius vel omnium. Scindendum etiam quod in contritione
de venialibus non exigitur dispositum non peccandi venialiter. sic in contritione
immortalis exigebatur. sed sufficit quod displiceat ei etiam peccatum
preteritum. et infirmitas qua ad peccatum veniale inclinat. quoniam ab
eo omni immixtus esse non possit. ita tamen quod voluntas non maneat
fixa in uno veniali. quod illud sic retentum non dimittetur in contritione
generali nec speciali. Huius autem sententie haec est ratio. quod peccata mortalia
sunt in parte nostra ut vitent non solum singula. sed etiam omnia
Venialia vero et si singula vitari possint. non tamen omnia quod ex
infirmitate nature contingit. Multa sunt per que tolluntur peccata
venialia que per tria apprehenduntur. Primo sicut omnia que gratiam
coferunt ut sacramenta ecclesie. Secundo illa quibus impedimenta
seruoris a gratia tolluntur. sicut est aqua benedicta per virtutem iniunctio-
nem. et episcopalis benedictionis. Tercio exercitiu humiliatis ex parte
nostra. sicut est tonsio peccatoris. oratio dominicalis. elemosina. ieiunium et
hymnus. Ratio haec est quod cum venialia dimittantur per seruorem carita-
tis qui implicite. vel explicite continet omnia illa que nata sunt de
se seruorum caritatis excitare dicuntur peccata venialia dimittere.
Talia vero sunt omnia que predicta sunt. Unde cum hinc quantitate ser-
uorum sit qualitas remissionis. prout quod per ista tria numerata
maior vel minore excitatur seruor per vel implicite vel explicite contritiones
continet plura vel pauciora venialia dimittuntur. non tamen per omnia

De extremaunctione Capitulum. xxiii.

Quediactor dei a hominibus non solum vocatus Jesus in quantum
habet salvare. sed etiam regnus in quantum habet unctionis gratiam
in alios diffundere. Tribus enim viis mundus fuit datus.
Primo in modo proximus sui in signum regni futuri. haec signat
unctionem in baptismo Secundo in eborum super iudicium et postea milita
bella habuit. Haec signat unctionem in confirmatione. Tertio iterum

Textus

in ebron sup omnem israel. post hanc in pace regnauit. Hec si-
gnat vndionē in extremis. De substancia huius sacramēti sūt
quīq;. Prīmū est q̄ vndionē faciens sit sacerdos. Scđm est in-
tentio. Terciū materia scz oleum infirmoz. Quartū forma ver-
borum scz h̄c p̄ istam sanctā vndionē ēt. quā formā debet dicē
mungeas. Quintū est locus mungendus quia fit ad oculos ad
aures ad nares. In hoc sacramēto forma verboz est depeccatiua
q̄ illud sacramētu videat valere quasi p̄ modū suffragii. Dat
ēm ad effectum quē homo p̄ opera p̄pria posset osequi nisi infir-
mitas impediret. Vnde notandū q̄ in aliquo sacramēto forma
verboz est in sola orōne sicut hic. Dixit ēm Jacobus Iudecat
prespiteros a oriente super eum. In quibusdaz sacramētis dicit
in sola enunciatione. sicut patet in baptismo. Ait ēm dñs. Ba-
ptisantes eos nō faciens de orōne mentionē. In alio sacramēto
sic dicūt quidā dicit forma in orōne a enūciatione. vt in sacra-
mento penitēcie. Cōsueuerūt ēm d̄fessores primo orare dicētes
Absolutionē a remissionē ēt. Postea dicūt. Absoluo te a peccatis
Cū ēm offendat de⁹ a ecclia in peccato atra primū merito fit orō
et atra scđm absolutio. Istud sacramētu nō datur nisi adulter
qui peccata venialia vident̄ habere atra que institutū est. et sic
datur aliis q̄ infirmis in pículo mortis institutis Sanis ēm nō
datur illud sacramētu quia habent aliud remediu paratū scz
penitēciā. nec debet dari nisi postulantibꝫ. qui deuotionē suaz
sursum erigant. Si sepe quis ad mortē infirmat. sepe p̄t mungi
sed in una infirmitate nō debet quis bis mungi nisi eadē infir-
mitas ultra annū p̄trahatur. Ita q̄ in uno anno p̄pter unam
infirmitatē nequaq; bis mungaet. Effectus hui⁹ sacramēti est
multiplex. Primus est sanitas duplex una p̄nūpalis scz libera-
tio ab infirmitate spūali que atrahit per venialia. quibꝫ anima
debilis efficit ad exequendū actuz grē vel glorie. Alia est sami-
tas secundaria que est quasi effectus a signū prioris sanitatis scz
sanitas corporalis. a hoc vez est qñ sanitas corporalis expedit sami-
tati spūali. Tunc ēm istud sacramētu causat utrūq; in suscipi-
entibꝫ digne. Interdū ēm utilis est sanitas corporalis. scz ad me-
ritum glorie cumulandū. Valet etiā ad deuotionē excitandū.
a ad velociorē transitū ad celū. In hoc sacramento sic in ceteris
tria sunt. Unum est sacramētu tm̄. scz vndio exterior. Aliud
est res tm̄. scz effectus duplicitis sanitatis ut dictū est. Terium
est sacramētu a res. scz quedam vndio spiritualis interiori-
mentis interiori iocunditas a solatium.

Liber

De sacramento ordinis. Capi. xxxiii.

Onus sacramenta de quibus dictum est pertinent ad statum persone. sed duo de quibus dicendum est pertinent ad communem statum ecclesie, quia ordo pertinet ad generationem spiritualem. Matrimonium vero pertinet ad generationem carnalem. Ordinem precedet primo tonsura. quod in omni transitu de statu ad statum conuenienter interponitur aliqua dispositio media. Vnde in transitu a statu layorum ad statum ministrorum dei conuenienter prima tonsura interponitur. Fit etiam in hac tonsura aliquorum capillorum resectio in modum coronae. quia in ministerium illius assumitur cui seruire regnare est. Est itaque duplex signum distinctiu[m] in ordinatis scilicet exterius tonsura et interiorius caracter. Adesse autem ordinis tonsura non pre exigitur sed ad bene esse. quia dispositio agravitatis est in ipsa tonsura ad ordinem et non necessitatis. Hugo de sancto victore ordinem sic describit. Ordo est signaculum quoddam in quo potestas spiritualis traditur ordinato et officium. Hic nota quod sicut in naturalibus dedit deus superiora corpora in regimen inferiorum sic et in spiritualibus quosdam posuit superiores et quosdam inferiores ut illi potestatatem habeant super istos sicut sunt clerici qui presunt in spiritualibus et principes ac iudices seculares qui presunt in temporalibus. De substantia huius sacramentum sunt sex. Primum est potestas ordinantis. quia oportet quod sit epus. Secundum est materia scilicet vincio in sacerdotibus et tactus illorum que tangenda sunt. Tertium est forma verborum. Quartum est sexus virilis. quod mulier non recipit characterem ordinis. Quintum est intentio. Sextum est quod ordinandus sit baptizatus. Baptismus enim est ianua omnium sacramentorum. Quoddam est hic sacramentum tantum ut visibile quo potestas tradi videtur. Quoddam est res tantum scilicet gratia que confertur. Quoddam est res et sacramentum. ut character. Septem sunt ordines. Primus est hostiarius. secundus lectoratus. tertius exorcistatus. quartus acolitus qui est subdiaconatus. sextus diaconatus. septimus presbiteratus qui est oim ordinum perfectissimus et terminus aliorum. Alii enim sunt quasi sex gradus quibus ad thronum descendit salomonis. Actus hostiarius est locum custodire confessionis sacramentorum ab his qui immundi determinati sunt scilicet ab extcommunicatis. Actus lectorum est prophetias legere. Actus exorcistarum est artere demones per coniurationem ne dominentur in corpore nondum baptizato. Actus acolitorum est designare lumine euangelii in corporali lumine.

T

Sextus

Actus subdiaconorum est oblationes accipere ab offerentibus
 et eas offerre diacono. Legere autem epistola non est actus eorum
 principalis sed dueniens. Actus diaconi est ordinare hostias
 in altari. Predicare autem vel legere euangelium est actus conse-
 quens. Actus presbiterorum est consecrare corpus et sanguinem
 christi et hic est actus principalis. Alius est sequens scilicet ligare
 et soluere. Per quem actum preparatur corpus missum ut sit
 aptum ac ydoneum ad preceptionem corporis Christi veri. In qualibet
 ordine imprimitur character. sed quoniam fiat hoc nunc dicendum est.
 Hostiaris quidem imprimitur quoniam datur eis clavis ligandi et dicunt
 eis. Sic agite tangere rationem deo redditum pro rebus que cum clavis
 iustis recluduntur. Lectoribus character imprimitur cum episcopus
 porrigit eis librum cum debita forma verborum. Exorcistis imprimi-
 tur cum datur eis liber exorcismorum cum forma verborum. Acolitis
 imprimitur in verbis que dicit episcopus cum dat acoliti candelabrum
 Subdiaconi imprimitur quoniam episcopus cum forma verborum dat
 calicem vacuum et cetera vasorum usus est in confessione eucha-
 risticie Diaconi et presbiteris imprimitur quoniam episcopus imponeat ma-
 nus capiti cum verbis ad hoc constitutis. Predictos ordinis Christi
 exercuit. Hostiaratum quoniam vendentes et ementes eiecit de tem-
 plo. Lectoratum exercuit cum in medio seniorum librum Isaiae
 aperiens legit. Exorcistatum quoniam demoniacos sanauit. Acolita-
 tum quoniam dixit Ego sum lux mundi. Subdiaconatum quoniam lintheo-
 se precinxit et pedes discipulorum lauit. Diaconatum quoniam in cena
 discipulis corpus et sanguinem suum ministravit. et dormientes
 aplos excitauit. Presbiteratum quoniam se in ara crucis obtulit et quoniam
 in cena panem et vinum in corpus et sanguinem mutauit.

De qualitate ordinandorum Capi. xxv.

Qualitas ordinandorum consistit in duobus scilicet in faciendis
 et vitandis. Facienda sunt hec. Sit in moribus pudicus
 43. d. ca. 1. In habitu honestus. 21. q. 4. p. totius. Cibo
 et potu temperatus. Extra de vita et honestate clericorum. Et crapula
 Competenter quamvis non eminenter fraterius. Extra de electione
 Cum nobis. Mansuetus et modestus. 41. d. c. 1. z. 2. per totum.
 Tonsuram deferant clericalem. Extra de vita et honestate clericorum.
 Clericus. Hospitalis. 15. q. 1. q. m. Doctor in predicatione
 43. d. c. 1. Corector viceorum per virgum discipline. 86. d. ca. 2
 Exemplum prebeat bone vite. 3. q. 7. s. Proero in finem. Bone
 fame. 50. d. c. 1. Residentiam faciat in ecclesia sua vel beneficio.
 Extra de cle. non residen. per totum. Utique sufficiat beneficium

Liber

habens curam animarum. Extra de pte. de multa. Bonus sit gubernator familie. 48. disti. Necesse. Nec sūt clericis vitanda. scz Omne crimen mortalis culpe. Ex de temtoribus ordi. ex tenore Non litigiosus. 46. d.c. 5. Ecce. a.c. sequenti. Non cupidus. 47. d.c. i. Non lusor. Ex de vi. a ho. cle. Clerici. Non negotiator. Ex de cle. vel mo. per totum. Non exerceat venationes clamorosas. Ex de cle. Vena per totum. Non sit incontinentis. nec mulieribus cohabitetur. Ex de cle. ob. a nobis. Non sit in comedientiis omnibus a fabulis. 44. d.c. i. Non intersit spectaculis in honestis. Ex de vi. a ho. cle. Cum deoꝝ. Non immisceat se negotiis secularibus. Ex ne cle. vel mo. Joculatoribus et hystrionibus non debet intendere. Ex de vi. a ho. Clerici. Tabernas debent vitaे nisi in itinere. Ex de vi. a ho. Cle. Horas non debent negligere Extra de cele. misse. ca. i. Iustum iudicium non debent vendere 1. q. i. Ecclesiastica sacramenta non cum pacto sed gratis date. Extra de symo. Suam. a quasi per totum. Non sit excommunicatus vel suspensus aut irregularis. Extra de snia. excomu. Cum illoꝝ. Non apostata. Extra de apostta. Cum. ultimo. Non sit symoniacus in ordine vel beneficio. 1. q. i. a extra de sym. quasi per totum. Non solenniter penitens. 50. d. peenitens.

De ipsa ordinazione. Capitulum. xxxvi.

Aste ordinis susceptionem se quilibet p confessione pre paret. 24. d.c. ultimo. In peccato mortali non accedat Extra de t̄pibus ordinis. Ad aures. Primam tonsuram non negligat. Nullus ordinet nisi examinatio precedet. 24. d. per totum. Non accipiuntur simul minores ordines cu subdiaconatu. nec etiam duo sacri ordines simul sed gradatim. Extra de t̄pibus. Lras. Nec per saltu accipiat quis ordines. 52. d.c. i. Nec ab alieno episcopo sed a suo. 22. d. Per ledis. Nec contra ep̄i prohibitionem nec sine titulo. Extra de vita et ho. Cu hm aplm. Neq; furtive. Extra de eo qui fur. or. c. i. a ultimo. Mis- sam in qua ordinatur totaliter audiat. Tangat omnia que sunt tangenda unusquisq; in susceptione sui ordinis. 22. d. Perle- dis. Non accedat nisi licenciatus a p̄ntatus. Extra de scrutinio. Unico. Ieiunus a ieiuno recipit ordines. Extra de t̄pibꝝ ordi. Lras. Non recipiant ordines nec deferantur nisi t̄pibus ab ecclisia institutis. Extra de tempibꝝ ordi. ca. i. a. 3. Multa sunt que impediunt promouendum etiam sine culpa. licet non sine causa. Non em̄ debet promoueri ignotus. Extra de peregrinis ca. 2. Bigamus. 26. d. A cunctis. Neophitus. 48. d. Quoniam

Sextus

Corpe viciatus. 16. q. 1. Legi. De illegitimo thoro natus. Ex de filiis presbiterorum. c. 1. Seruus. Extra de seruis non ce. c. 1. a. 2. Obligatus ad ratiocinia. quicq; repellitur ab ordinibus. Ex predictis patet dignitas clericalis. quia ordines non conferuntur a quolibet nec cuilibet. nec in quolibet loco. nec quolibet tpe. neq; qualibet diei. sed tempore misse ac.

De sacramento matrimonii Ca. xxxvii

Matrimonium est legitima coniunctio maris et femine in diuidam vite consuetudinem retinens. Matrimonium per sponsalia iniciatur. Per assensum animorum expressum. Per verba de pnti ratificatur. Per carnalem copulam consumatur et perficitur. Ad huc aut intelligenduz nota qd duplex est perfectio. Prima est inesse simpliciter. Secunda vero inesse completo sicut patet in puerō in quo est perfectio quantuz adesse hominis simpliciter. sed non est in eo perfectio quantum adesse appetitum hūm quantitatēz et operationem hominis. Eodem modo dicenduz est de matrimonio in quo duplex est perfectio. Prima ē que facit matrimonii scz consensus animoz per verba de presenti expressus. Et ad hanc non exigit copula carnalis. Secunda est perfectio que matrimonii consumat. et ad hanc exigitur copula carnalis. Bonū matrimonii triplex est. scz fides. vt neuter alieno thoro maculet. proles vt ad cultum dei nutritur. Sacramentū vt nō dissoluatur licet em ecclesia ppter impedimenta matrimonii possit diuicia facere. nunq; tñ potest nec debz matrimonii quod legitime celebratū est dissoluere. Quia quos deus diunxit homo non potest quā tecunq; autoritatis sit separare. soluitur tñ matrimonii per mortem. Sciendum aut q duplex est coniunctio in matrimonio et duplex est moes corporis correspondens illi. Est em coniunctio spualis per assensum animorum que soluitur per mortem spualem hora qua homo moritur mundo per religionis ingressum. Alia est diunctio carnalis per amictionem seruū que soluitur p mortem corpalem. Causa matrimonii quadruplex est scz efficiens ut assensus animoz per verba de presenti expressus. Materialis ut ipse psone legitime formalis ut benedictio et annuali subarratio et hmoi. Finalis causa duplex est una principalis sicut est prolis pcreatio et formationis vitatio. quia matrimonii non solū est in officiū sed etiam in remediu. Institutum aut fuit primo solum in officium. Alia est secundaria et illa multiplex est. Vnde versus. Hostes conciliat et eo discernit heres Bis ligat alma notat ius tñssert

Liber

auget amorem. Quaduplex distinguitur matrimonium. Primum est carnale inter virum et mulierem. Secundum morale inter deum et animam in ecclesia militanti per gloriam. Tercium allegoricum inter christum et ecclesiam. Quartum analogicum inter deum et animam in ecclesia triumphante per glorie coniunctionem. Potest quis accedere ad uxore quattuor de causis. scilicet causa prolixi. causa redditus debitus. causa vitande intontinentie. Istis tribus modis non est peccatum. Quarto potest fieri causa explende libidinis. et hoc modo peccatum est. vel mortale vel veniale sed quod libido est mortalibus vel venialis. Sit autem peccatum quinque modis in concupitione. Vnde versus. Quinque modis peccat uxore maritus abutens. Tempore mente loco additione modo. Nota quod uxori dimissa propter formicationem reconciliatur viro multis modis. Vnde versus. Vicio mechatur retinetur reconciliatur. Absens prostituit ius fraus reuocant mulierem. Tria sunt oenameta signa. Annulus in digito. monile in pectore. corona in capite. Primum significat operis puritatem. quia in manu est opus. Secundum affectus sinceritatem. quia in pectore est affectus. Tercium contemplationis claritatem quia in capite perspicacitas intellectus. Beata virgo multis de causis fuit sponsata viro. Primo ut designaret ipsa beata virgo ecclesiam sponsatam christum quem similiter virgo est. Secunda ut per iosephum origo eius ostendetur. quia per viros geneologa texitur. Tertia ut ioseph esset testis castitatis ipsius. Quarta ne infamaretur si generaret non habens virum. Quinta ne velut intotinens damnaretur. quia de tribu erat sacerdotalis. et tales conburebantur alie aut adultere lapidabantur. Sexto ut virgo viri solatio sustentaretur. Septimo ut partus dyabolo celaretur. Octauo ne inde christum tangere illegitimum iuste persequi viderentur. Nonne legi que commendat matrimonium traniari dominus viseretur. Nota quod. iij. sunt impedimenta matrimonii. Vnde versus. Error conditio votum cognatio crimen. Cultus disparitas ius credo ligamen honestas. Si sis affinis si forte coire nequibus. Nec socianda revertant connubia iuncta retractant ac.

¶ Explicit liber sextus.

Septimus

Incipit prologus septimi libri.

Inale iudicium quedam sunt antecedentia quedam quasi concomitantia a quedam sequentia. Antecedentia iudicium sunt tria. scz pena purgatoria et ecclesie suffragia ac persecutio antichristi. Concomitantia iudicium sunt duo vicez Conflagratio mundi et resurrectio corporum. Consequentia iudicium duo sunt scz pena infernalis et gloria celestis. De quibus per ordinem dicendum est.

Incipiunt tituli capitulorum septimi libri.

P	E purgatorio. ca. 1.	De resurrectione gñali. ca. 15
	De aærbitate purgatorii. Capitulum. 2.	De iudicio extremo. ca. 16.
	De suffragiis ecclesie. ca. 3.	De iudicantibus. capi. 17.
	Quoz suffragia prosint. ca. 4.	De iudicandis Capitulum. 18.
	Vtrum indulgence defundis	De innouacōe mundi. ca. 19.
	T valeant. capitulum. 5.	De penis inferni. Cap. 20.
	De aduentu antichristi. c. 6.	De diversitate penarū ca. 21.
	De mala vita antichristi. c. 7.	De gloria celesti. Cap. 22.
	De quattuor modis quibus de	De dotibus in omni. ca. 23.
	C apiet. Capitulum. 8.	De dotibz aie in gñali. c. 24.
	De sequacibz antichristi. ca. 9.	De eisdem in speciali. ca. 25.
	De gog et magog. ca. 10.	De dotibus corporis in gene
	De helya et enoch. ca. 11.	rali. Capitulum. 26.
	De duratōe h9 plectoris. c. 12	De eisdem in speciali. ca. 27.
	De morte antichristi. ca. 13.	De aureolis in genere. ca. 28.
	De flagratione mundi. c. 14.	De aureolis in specie. ca. 29.
		Enūatio celestis gaudiorū. c. 30.

De purgatorio. Capitulum Primum.

Degatorius ignis corporalis est per quem tñmodo spūs iustorum qui in hac vita nō impleuerūt penitentiam. nec satisfactionē condignam affliguntur. Qui qui sunt in purgatorio spem habent euasiōnis quia sciunt se nō esse in inferno et tñ propter penarum magnitudinem hoc aliqui non aduertunt. Multe sunt rationes quae oportet esse purgatorium. Prima ratio est quia sicut Augustinum tria sunt genera hominum. Quidam enim sunt valde mali quibus non prosunt ecclesie suffragia. Quidam valde boni qui bus non sunt necessaria. Quidā non valde mali nec valde boni scilicet qui habent remalia. Et his debetur pena purgatoria.

Liber

Secunda est quia sicut summa bonitas non patiatur q̄ bonum remaneat irremuneratū. ita summa iusticia nō patitur q̄ malum remaneat impunitū. Tertia est qz diuīme lucis tanta est dignitas q̄ eam soli mūdi cordis oculi cernere p̄nt. Vnde oportet q̄ quisq; veniat ad mundicā baptismale anteq; d̄spectu dñi rep̄sentetur. Quarta est qz culpa est offensiva maiestatis diuīme. et dampnosa ecclesie et deformativa in nobis ymaginis diuīme. H̄z offensa req̄rit punitiōem a dāpnū req̄rit latissimādōe a deformatio expurgatiōe ppter h̄ nccē ē q̄ pcto pena l̄ hic l̄ alibi respondeat punitiua. Quinta est qz atraria atrariis curantur. sed peccati oritur ex delectatione a libidine vñ deleri habet p̄ penā Sexta est qz nulli debet negligēcia suffragari. sed si talis non puniret in futuro videretur in futuro comodū exportari de negligēcia penitentie dilate Septima est qz iustū est q̄ spūs qui contemp̄to sumo bono se subiectū infimo a peccato subiectū post ea inferiorebo a penis. Nota q̄ animē postq; sufficienter in igne fuerint purgati statim euolant ad gloriā. et hoc p̄t multipli ratione. Prima qz post purgationē nulla remanet in aia dissimilitudo ad gloriā. Vñ merito illi debet iungī. Sed qz in anua celi semp illis est aperta qui obstatulū nullū h̄nt. Tercio qz n̄ esse est illos spūs in quib; est caritas sursus eleuans a nihil retardans ad gloriam eleuari. Quartu qz cū deus sit promīo ad miserenđum q̄ ad pūniendū merito debet purgatus iungere glorie. quos purgandos subiectū pene. Quinto quia nō punit deus bis in idipm. Vnde cum iste sufficienter satisficerit in penis igniū nō debet amplius puniri in dilatione p̄mioz. Sexto qz post purgationē non d̄z talis esse in purgatorio nec in lymbo quia nō est de numero illozū pueroz. nec in inferno. qz nō h̄ mortale peccati. ergo oportet eū esse in celo. qz post mortē non sunt alia receptacula animaz̄. Septimo qz efficacīe ē caritas q̄ iniquitas statim ducit ad supplicū ergo caritas statim ducet ad premiū. Octauo qz cesante impedimento corpora grāvia feruntur deorsum a leuia sursū sic spūs maloz remoto carnis onere ferunt statim ad locū supplicioz ppter peccati gravitatem. Spūs vero bonoz si nō sit impedimentū aliquis culpe vel pene debite statim feruntur ad locum premiorum.

De acerbitate purgatoriī. C. ii.

In purgatorio duplex pena est. Una est pena dampni de carentia dīne visionis. Alia pena sensus de afflictione ignis a qntū ad vtrūq; mīma pena purgatoriī maiore ē maria

Perpetua
Septimus
Sextus

pena mundi. Istud patet de pena dampni quia affectus desideratur sūnum bonū post hanc vitam ab animabus sanctis inten-
 sior est quā aliquis affectus rei typalis. In vita ista maxime cū
 iam tempus habendi aduenerit. Ideo carencia eius molestius
 toleratur. Istud quoq; patet verum esse de pena sensus qz cuz
 dolce nō sit essentialiter ipsa lesio. sed lesionis sensus tantomagis
 dolet anima quantum magis sentit sensituum aliq;. Ideo ab
 igne in ipsam agentem maxime leditur & affligitur. Nota causa
 acerbatis pena purgatorii hec est quia cum deus plus querat
 emendam quā penaz plus ponderat in penitentie virtute bone
 voluntatis quā penam afflictionis. Vnde plus ponderat deus
 modicam penam voluntariam in presenti qz multam non ita vo-
 luntariam in futuro sicut plus valet modicum aurī qz multum
 plumbi. Vn oportet vt illud quod deficit in voluntate ibi sup-
 pleatur in acerbitate. De igne qui purgat animas ē loqui du-
 pliciter. Vel quantū ad id quod primo afflit sic est corpore⁹
 Vel quantū ad illud quod p̄ime afflit et immediate sic est
 incorporeus. Primo modo dicitur ignis nature. Secundo modo
 dicit ignis similitudinē marie. sicut dicitur leo verus et leo pictus
 Ut rūq; tangit Gregorius qñ dicit in eo ardent dum ardore⁹
 vident. Ille autē ignis corporeus duplicit potest considerari.
 Primo vt est instrumentu⁹ nature. & sic agere potest in corpus
 & non in animam. Secundo put est instrumentum diuinū e iusti-
 tie. sic agit in animam imprimendo illi speciem suam per qua⁹
 affligitur qz violenter specie illa informatur. Sicut enim anima
 h̄m ordinē nature vmitur corpori vt instituat vitam sic merito
 h̄m ordinem iusticie vmitur igni a quo suscipiat penam. Nota
 qz demones non purgant animas in purgatorio. sed illuc eas
 adducunt. vel etiam assistunt vt amuniter dic̄t. Ex premissione
 tñ dei demones in hac vita qñq; bonos affligunt. Cuius hec est
 ratio. qz in p̄nti durat pugna inter hominem & demonem qui habz
 in eo p̄tatem exercitii. sed post hanc vitaz nō sic Vn & aer iste
 caliginosus ē assignatus demonib⁹ magis ppter temptadi officiū
 qz ppter suppliciū. De locis penalib⁹ qz sint & ubi sint. qre sup li
 quarto in capitulo. De descensu xp̄i ad inferos. Sciendum tñ
 de loco purgationis qz duplicit assignat. aut h̄m legem dñem
 & sic est in uno loco scz in parte inferni circa lymbum patrum.
 Aut h̄m dispensationem speciale⁹. sic purgant anime aliquñ in
 locis diversis in quibus peccauerūt. hoc fit aut ppter aliquam
 suā reuelationē ppter suffragia eoz quib⁹ apparent in illis loc⁹

Liber

vel etiā ppter aliquā viuentū edificationē Ignis aut ille plus vel minus cruciat. sīm q̄ quis plus vel minus decremabili secū tuht. D̄portet em̄ priusq̄ dei facies videatur q̄ lignum fenum stipula i maiora minora et mediocria venialia p̄ cremationē totaliter consumant. Predicta vero pene diuersitas nō est ex diū sitate ignis agentis sed subiecti patientis. sicut sub eodem sole vnu plus estuat alter minus. vt dicit Greg⁹. Necesse est aut ut ait Aug⁹. q̄ tñ vrat dolor quantū helerat amor Tanto em̄ quisq̄ torquetur dūtius quanto affectus eius venialibus ad herebat fortius.

De suffragiis ecclesie Capitulum. iii.

Aicut p̄tinet ad seueritatem diuine iusticie bonos ppter venialia in purgatorio puniri ita p̄tinet ad bonitatem diuine misericordie eosde p suffragia releuari. Prosunt ergo suffragia defundis nō ad meritū vite eterne. sed ad absolutionem pene. Et hoc vel ad penazz mitigationē vel ad celerizem penarum liberationē. Sunt autē quattuor modi ḡniales suffragiorū ad quos omnes alie reducunt. scz oratio ieiunium. elemosina et sacramentū altaris quoꝝ numerus sic accipitur. Qm̄ defundi possunt absolui a pena duobus modis scz p viam gratie. vel p viam iusticie. Per viam ḡre dupliciter fit. Primo per intercessionez publicam capit̄is que est in oblatiōe sacramenti altaris. Secundo p intercessionez quasi privatam membroꝝ scz per orationes iustorum. Similiter p viam iusticie dupliciter fit. Primo p moduz redēptionis pene. scz in elemosinaz largicōe Secundo modo p modum solutionis pene. scz in ieiuniorū afflitione Si aut̄ queritur qn̄ incipiat valere defuncto illud quod pro se fieri mandauit. Dicendū est q̄ opus operans i meritum actoris statim consequitur mortuus de bonis que precepit pro anima sua fieri. sed non opus operatum i fructuz ipsius operis quoꝝ opera fiunt. quia primum valet ex merito absoluto sed secundum ex merito conditionali.

Quoz suffragia p̄sint et qm̄bus Ca. iii.

A hoc q̄ valeant suffragia requirit̄ aliquid ex parte facientis. et aliquid ex parte mortui recipientis. Ex parte facientis requiritur q̄ sit in caritate et q̄ intentionem suaz dirigat ad illos quibus vult vt opera sua prosint. Distinguendum tñ est hic q̄ suffragia per malum p̄nt fieri dupliciter. Vel vt per auctorem et sic non prosunt nisi forte per accidens.

148

Festimus
Sermones

scz inquantu p elemosinas mali homis eratantur boni pauperes ad orandum p defundas. Vel ut p ministrum. et hoc duplicit. Vel quia facit ea vt minister publicus dei et ecclesie. sicut qm sacerdos malus celebrat missas. vel agit exequias mortuorum. et talia semper plunt quia malitia ministri no noret operi boni auctoris. sicut pte in dno iusto dante elemosinam per malum seruum. Si vero facit ea vt minister priuatae personae existentis tñ in caritate siue defundi siue alterius. et talia semper plunt qd licet opus istud sit mortuum quo ad ministrum. no tñ quo ad auctorem. Sed si malus minister facit aliqua de mandato eius qui no est in caritate non plunt. Aliquid etiam exigit ex parte recipientis. Ad hoc qd suffragia plunt illi. Primum est qd ipse sit in caritate. Vnde non valent his qui sunt in inferno. qd sunt a corpe xpi missico separati. Vnde nulla spiritualis influentia puenit ad eos. sicut nec influentia corporalis valet membris a corpe separatis. Secundum est indigentia. Vnde non valet beatis quia no sunt adhuc in via sed in termino. nec possunt ad altiora contendere sed potius econverso illoꝝ suffragia prosunt nobis. vtrungq; est in his qui sunt in purgatorio scz caritas et indigentia. Vnde sicut homo potest satisfacere pro alio viuente qui per se non valet ita potest etiam pro defuncto. Nota qd suffragia defundis prosunt hinc magis et minus p diversitate meritorum in mortuis. vel p caritate viuorum. qui magis solitantur pro aliquibus qd pro aliis. Illa enim suffragia que specialiter fiunt pro aliquibus plus valent illis qd aliis. licet etiam aliis aliquo modo amumentur. Suffragia vero que amumperunt fiunt pro defundis qmuis omnibus pro modulo suo prosint. Illis tñ amplius qui dum essent in statu vie magis meruerunt ut sibi prodescent. Quidam autem ut dictum est suffragia non prosint his qui sunt in celo. nec illis in inferno. tamen aliquo modo prosunt etiam illis. Vnde notandum qd suffragia valent illis qui sunt in purgatorio per modum purgationis. valent saluatibus in celo per modum conuictiomis. qd multiplicatio saluandorum augmentat gloriam accendentalem. Valent damnatis in inferno per modum divisionis quia quae toplices saluantur per meritum ecclesie. tanto paupertores damnabuntur. Et ita minore erit pena per subtractionem consortii illorum. Valent etiam ipsis facientibus per modum meriti. Qd pro parvulis mortuis celebrantur missae defunctorum. Hoc no fit propter eorum indigentiam cum statim euolent ad celum h pro gratiarum madone.

Ziber

Vtrum indulgencie valeant pro defunctis.

Capitulum. v.

Apales indulgencie prosunt defunctis in purgatorio.
ut patet qz crux datur aliquā pro duabus vel quatuor
vel decem animabus. In ecclesia em̄ est thezaurus meri-
torum tam xp̄i quaz perfectoꝝ. de quo solus papa qui claves
habet huius thezauri p necessitatibus ecclie potest accipere et
dispensare. Alii aut sicut episcopi nō habent in his potestatem
generalem. sed limitatam et nō nisi p summi pontificis dispen-
sationem. Dicendū ergo qz papa pprie nō absoluīt defunctos
a pena sed quasi p eis soluit d̄ om̄um thezauro ecclie sicut aliter
liberat creditor debitorē. duꝝ a debito eū absoluīt et aliter ami-
tus debitoris duꝝ p eo debitu soluit. Sed viuētes vtroꝝ mō
absoluīt papa. Iliis aut quibꝝ dant indulgencie non pnt eas
vterius dare. nec viuēs nec defunctis. et h̄ duplicitate Primo
qz indulgēcia nō est donū collatiū gratie sed priuatiū pene
Prīuatio aut cū nihil sit aliis d̄ munīcari nō potest. Secundo qz
dara indulgēcia auctoritatis et iuris dictionis est qz nō habent
layci eo qz indulgēcias recipiūt. Vnde nō possunt impendere
defunctis indulgēciam p auctoritate. sed solummodo boni operis
sui suffragium p caritatem. Papa vero vtrumqz potest.

De aduentu antichristi. Capitulum. vi

Antequā veniat dñs ad iudicium regni romani fiet dese-
dio. Nam sicut dieit glo. sup aplm. Prius erit discessio
ab vtroꝝ impius qua impleta aderit antixp̄us. Hic ex
parentū semimib⁹ dicipietur. sed post cōceptum descendet spūs
malig⁹nus in vterū matris cuius virtute et opatione dem̄eps
puer nascetur et aletur ac adolescat ppter qz filius pdicationis
dicit. Nasceat at in babilonia de tribu dan. sicut dicit glosa sup
apl̄m. Post hoc veniet in hierusalē et circuicidet se dicens iudeis
se esse xp̄m illis pmissum. Vnde plebs iudaica specialiter adhē-
redit illi. sicut dicit Haymo super Apocalip̄m. Donec Helya
et Enoch predicantibus qui ex illis saluandi fuerint ad cristuz
reuertantur. Angelus bonus primo deputabitur ad custodiaz
antichristo. Sed quando ita obstinabitur in peccato qz dicit se
esse deum. et extollit se supra omne qz dicitur deus aut colitur.
sicut dicit apostolus. Tunc primo deseret eum angelus ex toto
nec habebit eum postea ad promotionē. sed ad accusationē.

160

Theologus
Septimus

De mala vita antichristi. Ca. septimum.

Antixpus erit luxuriosus et in cupientibus seminarum. ut dicit Daniel. 11. In aperto tamen per ypotism simula bit sanctitatem ut facilius decipere possit. Cor autem suum per superbiam magnificabit. Et sicut dicit Daniel. 8. Contra principem principum consurget contra deum. ut dicit glosa super Daniel. 7. In tantam eleuabitur superbia. ut leges et ceremonias mutare conetur. vel etiam cursus temporum. Tantumque presumptionis erit quod non poterit se a deo punitendum propter hoc quod inuidium differtur Propheta. Anserunt in die tua a facie eius. Erit etiam blasphemus. sicut dicit in Apoc. 13. vñ Daniel. 8. Sermonem contra excelsum loquetur. Ad maiorem autem dei statuimeliam faciet ymaginem suam adorari. et omnes suo caractere signari in manu dextra. et in frontibus suis sicut habet Apoc. 13. Confitebitur enim se filium dei verum. et filium hominis. ita ut in templo dei sedeat tandem ipse sit deus. et se faciat adorari. Iudei namque templum quod romani destruxerant reedificabunt. Affirmabit etiam nullum ante se fuisse christianum. sed omnes antichristos fuisse. Dicit in glosa ad Thes. 2. Quod sicut in Christo omnis plenitudo diuinitatis habitavit. ita in antichristo omnis plenitudo iniquitatis quia in ipso erit caput omnium malorum. scilicet dyabolus.

De quattuor modis quibus decipiet viii.

Quod compatur antixpus in Genesi. Cerasti qui est serpentis cornutus. quia quattuor cornibus armabitur. scilicet callida persuasione. miraculorum operatione. donorum largitione. tormentorum exhibitione. Primus ergo modus subuentendi homines erit callida persuasio. Predicabit enim legem novam praeuaciam esse a legem Christi proposse destruet. Predicatores quoque sui distruerent per universas mundi partes. Impedient nihil omnibus apostoli antichristi ne scriptura huius veritatem exponatur a catholicis doctoreibus vel a fidelibus audiatur. Ipsi autem bonos se similabunt. et tamen mala suadebunt. Secundus modulus subuentandi erit per falsa miracula. Quia per artem magiam faciet illa. Unde glosa super Apocaliph. 13. Magica arte faciet statuam loqui. et futura predicare. Faciet etiam sicut dicitur Apocaliph. tredecimo. Ignem de celo ad terram descendere. Glosa. malignum spiritum faciet super suos descendere ut loquacem varlis linguis spiritus enim malignus descendet in eos in conspectu

Liber

hominum. sicut spūssancus descendet in apostolos cristi. Vnde se meliores iactabunt esse apostolis xpī. qui spūssancum accēperunt in conclavi Item p artem magicam similabit se mortuū et feretur a demonib⁹ in aera quasi ascenderit in celum. et sic putabitur a mortuis resurrexisse. qui prius mortuus p triduū putabatur et tunc mirabuntur populi. et adorabunt eū atq; laudabunt. Ecclesia vero tunc non faciet miracula. De hoc modo decipiendi dicit in ps. Insidiat in abscondita quasi leo in spe lunca sua. glo. Repte anterps opatur leoni exīti in spelūca. quia in eo vis et dolis opatur Vis em per leonem. dolis vero p speluncam intelligit Egre. dicit. Pensemus que erit humane mentis illa temptatio qn̄ ipsi⁹ martir et corpus tormentis subiicit. et tñ tortor ante oculos eius miracula facit. Sicut em ante xp̄us finget se a mortuis resurgere. ita q; se finget ad celū ascēdere Apoc. 13. Et plaga mortis ei⁹ curata est glo. Arte magica ascendet anterps in aera ferentes eū demomib⁹ faciet q; arbores subito flovere et arescere. mare turbari. naturas in diuersas figurās mutari. Mortuos etiā in conspectu oīm suscitabit. Terro detupiet p munera. Ipse namq; anterps inueniet thezauros absconditos p quos ad sequendū se inclinabit plurimos. Dabit em diuites huius seculi. et tunc eoꝝ fallam felicitate ad dei piendū alios ostentabit. Quarto appellat p mīmas et tormenta quos aliter vītere non poterit. Tanta vero sicut ait dñs tunc erit tribulatio vt in errorem ducant si fieri potest etiam eledi. Et hoc innuitur in Apoc. vbi dicit. Pedes eius similes auriculō sicut in cammo ardenti. per pedes ultima xpī membra. p canīmū vero tribulatio vehementes designat. Exhibebit em cūda que in precedentibus martirib⁹ sūt impleta genera tormentorum Sed in illis regiomib⁹ tunc fideles sunt vehementius verandi vbi dñs fuit crucifixus. Et sicut dicit Haymo sup Apoca. Illa temptatio nō p partes sed simul totū examinabit mundū. Sol uentur em demones qui modo sūt ligati. nec pnt nocere qntū vellent. Fidelis illo tpe nō predicabunt qz tanq; excommunicati habeant boni. nec vendet eis. nec emetur ab eis quicquā nisi habeant characterem. signū aliqu ad h̄am vt adherentes sibi cognoscant et aliū interficiant. Aut nomē bestie et confessionem ceis Aut meritum noīs eius et multiplicationem operum. vt habet in Apocalipſi. Sicut autem antechristus crudelior erit omnibus persecutorib⁹ ita sancti tunc temporis fortiores erunt omnibus retro martiribus.

Septimus

De sequacibus antichristi

Ca. ix.

Dredidit quatuor modis antichristus sibi multos attrahet. Vnde Apoc. 12. Cauda eius trahbat terciam partem stellarum celi, et misit eos in terram. Trahet autem malos per munera, bonos per tormenta, simplices per predicationem et miracula, qui enim iusti et sancti credebant adhuc rebunt illi pro suo arbitrio voluntatis. Dabebit igitur secum magos et maleficos regesque et principes. Vnde Apoc. 13. Vidi de mari bestiam ascendentem. Glosa. i. antichristum habentem capita septem id est principes universos, et cornua decem, i. eos qui impugnatur decalogum. Nota igitur quod antichristus primo veniet in benignitate et miraculorum operatione, et tunc a iudeis suscipiatur qui ei specialiter adhuc rebunt. Ad quorum conuersionez veniet enoch et helyas. Et tunc antixpus in apertam persecutionem consurget.

De Gog et Magog. Capitulum. x.

Gog et magog dicunt quidam quod sunt decem tribus ultra montes caspios clause, tamen ita quod bene possent exire si permitterentur, sed non permittunt a regina amazonom sub cuius regno et divisione vivunt. Has dicunt iudei in fine seculi exituras et venturas in hierusalem, et cum suo messia ecclesiam destrukturas. Alii dicunt quod per gog et magog intelligitur exercitus antichristi qui in fine seculi veniet ecclesiam expugnare. Per gog habet glosam illi per quos latenter dyabolus persequitur fideles. Per magog autem illi per quos aperite vel idem qui prius tempore antichristi occulte, et postmodum aperite ecclesiam persequitur. Habet Augusti. gog refertur ad gentes, magog ad dyabolum, quod gog occultatio interpretatur, magog detectione.

De Helya et Enoch. Capitulum. xi.

Enter occultum aduentum antichristi qui est per natum et manifestum eius aduentum qui est per predicationem et aperitam persecutionem venient helyas et enoch et ducent ut dicit Malachie ultimo. corda patrum in filios Glosa. ad instructionem posteriorum de fide salvatoris in quem et ipsis crediderunt. Et corda filiorum ad patres eorum Glosa. qui suscipient fidem quam illi habuerunt. Vnde iudei et christiani parit tunc religione in christum consentient. De eorum predicatione et sancta conuersatione dicit Apocali. 11. Dabo duobus testibus meis scilicet helyae et enoch et prophetabunt, i. predicabunt diebus mille ducentis sexaginta sex Glosa. i. tribus annis sicut ipse christus

Liber

predicauit. Amici sacris. i. predicantes penitentiam a exemplu ostendentes. Hi sunt due oliue. i. spiritus sancto vnde. et duo candelabra. i. dantes lumen aliis. Tandem antixpus occidet eos in hierusalem a iacebunt corpora eorum in plateis tribus diebus a tribus noctibus a dimidio. quia nullus audebit corpora eorum sepelire propter metum antichristi. Occisores autem eorum valde leti erunt propter mortem eorum. Post dies tres et dimidium resurgent et occisores eorum audient vocem talem. Helya et Enoch ascendite huc. a ascendent in celum in nube. Antixpus vero quindecim dies regnabit post mortem illorum.

De duratione huius psecutionis. Ca. xii.

Regnabit antichristus sicut dicit glosa super Apocalypsim annis a dimidio. unde Danielis. 12. Juravit angelus per viventem ieternum. quia in tempus secundus annus a tempora secundus duorum annorum a dimidio temporis. i. dimidii anni. Glosa. Hoc spacio dicitur durata desolatio sub antichristo. Nisi autem ut dicatur in Matthaeo abbreviat fuissent dies illi. non fieret salua omnis caro Gregorius. Quia enim et superbos nos a infirmos aspicit deus quod singulariter malos intulit misericorditer breviatus dicit. Et glosa super Matthaeum dicit. Nec tribulatio quanto ceteris gravior. tanto breuitate moderatio.

De morte antichristi. Capi. xiii.

Destestate sua dominus occidet antichristum sicut dicit glosa super Apocalypsim per se sive per Michaelem. Occidetur autem in monte oliueti in papilione a in solio suo in loco illo circa quem dominus ascendit. Interfecto antichristo non statim veniet dominus ad iudicium. sed hinc glosam super Danieliem concordantur. 45. dies ad refrigerium sanctorum. et ad penitentiā subuersorum. Quantum autem sit spacium inter illos. 45. a finem mundi nemo scit. Ministri vero antichristi post mortem illius gaudebunt ducentes uxores et dicentes. Licet princeps noster mortuus sit tamen habemus pacem a securitatem. a cum talia dixerint repentinus eis superueniet interitus. Judei vero tunc contentur ad fidem. et sancta ecclesia usque ad finem mundi pacificata aquiescit. quod extunc fraudulentia dyaboli penitus deficiet.

De conflagratione mundi. Ca. xiv.

Ignis procedet facies iudicis per maximus quia virtute diuina non solum ignis qui est in spera sua sed etiam omnes ignes a qui in terra et qui super terram sunt cocurrent

T

Septimus

ad mundi conflagrationem. Iste autem ignis habebit officium quatuor ignium. scilicet ignis infernalis reprobos puniendo. et ignis purgatorii bonos a venialibus purgando. et ignis terrestris vegetabilia et sensibilia consumendo et omnium hominum corpora incinerando. et ignis elementaris elemeta subtiliando et ad innouationem disponendo. Per illum igitur ignem ita terre superficiens exuretur quod figura huius mundi peribit sicut et olim factum fuit per diluvium. Et primum dei iudicium merito fuit per aquam contra ardorem luxurie que tunc viguit. Ultimum vero iudicium erit per ignem contra temporem caritatis que tunc quasi senescente mundo frigescit. Ignis istius actio erit successiva. Dabebit enim initium medium et finem. Primo namque iudicis aduentum perueniet et quasi simul fiet per illum ignem purgatio iustorum et purificatio malorum. et corporum incineratio cum consumptione terre nascentium. sicut dictum est Quo facto statim erit resurreccio eorum corporum cum aduentu iudicis ad iudicium. et tunc inflammabitur totus mundus per circuitum. Terminato vero iudicio tota caliditas illius ignis exequitur sententiam iudicis. Involuet enim peccatores et trahet in infernum. et ita patet quod ignis ille aduentum iudicis procedet et concomitabitur et sequetur. Post predicta fiet mundi innuatio. Sed inter purgationem et innuovationem multiplex est differentia. Prima quia purgatio erit penalium qualitatum traditio. Sed innuatio erit pulchrioris forme induatio. Secundo quia purgatio est elementorum ab impuritate quod habent ex compositione mutatione. Innuatio vero est celorum a statu veteri in statum nouum commutatio. Et hoc per cessationem a motu in celis enim propter impermissionem nulla impuritas est. sed tantum imperfectio motus. Unde non erit in eis purgatio per ignem. sed cessatio a motu. Sic autem purgabuntur elementa quod precedunt ab igne vis concupisibilis. Ab aere obscuritas. Ab aqua glacialis frigiditas. Ab terra vero grauitas et opacitas.

De resurrectione generali Capi. xv.

Desus sicut est potentissimus in constitutione naturarum ita est clementissimus in collatione gratiarum. et iustissimus in tribulatione stipendiorum. Quod igitur homo meruit vel demeruit in anima simul et corpore punietur. vel premiabitur in utroque. Unde in eiusdem oportet ipsum resurgere. Ad vocem autem tubae resurgent mortui sicut dicit apostolus. Dupliciter autem intelligit illa vox. Nam enim quosdam vox tubae est imperium

Liber

christi resurgere imperantis. Hm alios vox tube est manifesta xp̄i apparitio. Vnde Gregorius. Tubam sonare nihil est aliud qm̄ mundo iudicem filium dei demonstrare. Resurgent igit̄ omnes nulla in eis existente differencia quantum ad ordinem tempis. sed magis quantum ad ordinem dignitatis. Nam mali resurgent deformes & passibiles. in bonis aut̄ natura seruabitur & vicia detrahentur. Omnes vero tam boni q̄ mali resurgent integrī corpore debita statuta hm etatem plenitudinis christi. Resurrecio igit̄ tria corriget in natura scz defectum sicut in pueris & in mutilatis sive in diminuta natura membrorum. Super fluum. sclicz vnguiuum criminis & hmōi. Errorem sicut in monstruositate membrorum. Resurgent quoq̄ corpora eadem numero que prius erant ex eodem puluere in quem relata fuerat ita q̄ in quascunq̄ auras vel sinus puluis ille dispersus fuerat ad eandem animam redeat que ipsam primitus ut vineret et creceret animauit. nec solum resurgent corpora quantum ad membra principalia. sed etiaz saluis capillis & ceteris membris que faciunt ad decorum. Resurgent em̄ homines quantum ad esse & quantum ad integrum esse & quantum ad decorum esse Et resurgent vnumquodq̄ corpus in optimo suo esse & pmo Duplex est mors. anime per culpam. et corporis per penam. His respondet duplex resurrectione. scz anime per gratiam. & corporis per gloriam. & sicut in primis parentibus mors culpe induit mortem pene ita resurrectione anime per gratiam. causabit resurrectionem corporis per gloriam. In resurrectione corporuz concurrent quatuor cause. scz efficiens id est ipse deus. materia lis scz pulueres. formalis scz coniunctio anime & corporis. finalis scz vt recipiat unusquisq; prout gessit in corpore sive bonū sive malum. Resurgent tunc homines velociter. integraliter sozialiter & eternaliter. Erit illa resurrectione iusta quantum ad deū perfecta quantum ad resurgentēs. et miraculosa quantum ad ipsam resurrectionem.

De iudicio extremo Capitulum. xvi.

Dicitur resurrectionem statim erit iudicium. Ipsum vero iudicium precedet tria citatio. Prima fuit per prophetas. Vnde Prover. 1. Vocaui & renuiſtis. Secunda per christum & apostolos & predicatorum Luce. 4. Misit seruos suos hora cene etc. Tercia erit per ultimam vocem tube. et hec citatio erit peremptoria. Hm Richardū triplex erit iudicium. Primum est uniforme hoc est iudicium presentis ecclesie que nō iudicat nisi

Septimus

